

PRIAPEIA

SIVE

DIVERSORVM POETARVM

IN

PRIAPVM LVSVS

ALIAQVE

INCERTORVM AVCTORVM POEMATA

EMENDATA ET EXPLICATA.



ACCESSERVNT

EPISTOLAE

DE PRIAPISMO

SIVE

PROPVDIOSA CLEOPATRAE LIBIDINE

IOSEPHI SCALIGERI

VERSIONES GRAECAE

DVORVM PRIAPEIORVM

ET

INDEX IN OMNIA CARMINA.



MDCCLXX XI.

MUSEUM HISTORICUM

PRÆFATIO

DIVERSORVM PŒTARVM

IN

PRÆFATIO

AVCTORVM

INDEX IN OMNIA CARMINA

AVCTORVM AVCTORVM

ACCESSERVIT

EPISTOLÆ

DE PRÆFATIONE



34746

DIVORVM PŒTARVM

II

INDEX IN OMNIA CARMINA

MUSEUM HISTORICUM



PRAEFATIO.

Quod plerique eos auctorum classicorum libros, in quibus edendis et dies et noctes elaborauerunt, non minus amant atque commendant, quam parentes indulgentissimi quique liberos; id quidem, quoniam pro filiis, ab ipsis si non natis, at adoptatis, haberi possunt, suo quodam iure facere videntur. Ego vero in praesenti hoc qualecunque ius plane renuncio, qui Priapeiorum, quorum ioci illiberales a meis moribus penitus abhorrent, neque pater, neque adoptator esse cupiam; nec a me impetrare possim, ut ea commendem carmina, quorum argumentum nihil, nisi turpitudinem istius aetatis, doceat, in quibus ne epigrammatum quidem exemplum omnibus numeris absolutum insit; quippe quorum acumen interdum mera ambiguitate, atque solo verborum lusu nitatur, in quibus denique legendis, virum grauem et honestum nihil queat retinere, nisi facilitas et simplicitas orationis, ex qua poetarum non contemnendo-

rum, ex tempore ludentium, ingenium colligere liceat. Itaque cum bibliopolae ratio requiret, vt Priapeia, quae superiori Petronii editioni subiuncta erant, etiam huic, quasi corollarii loco, adderentur: eorum edendorum curam eodem plane animo suscepi, quo medici honestissimi quique aegrotorum, quorum mores detestantur, sanationem; idque eo magis, quod, si rem vere aestimes, critici ratio non differt a medici conditione. Horum igitur poëmatum, quamlibet ludicrorum, vitiis, temporis iniuria, et quasi ipsa senectute contractis, vt, quam optime quidem fieri posset, mederer eadem, qua vsurus fuissim in carminibus grauissimis edendis, cum diligentia; adhibui omnia, quae mihi in promptu erant, remedia. Eorum quaedam mihi statim offerebat Editio ea, cui haec succedit, quae Lipsiae an. 1731. vna cum Petronio prodiit, et si Inscriptio Patauium, atque annum 1664. prae se fert; vnde coniecere licet, eam esse meram repetitionem Editionis, quae Patauina dicitur, reuera autem est Amstelodamensis, pauca tamen mutata esse in textu, obseruasse mihi videor. Alia praesidia reperi in Virgilii operibus cum opusculis, quae eius nomine circumferuntur, Lugduni Bat. apud Godofredum Beringum 1557. editis, (quam breuitatis causa dixi Ed. Virg. Lugd.) in Virgilii Maronis Appendice, cum Supplemento multorum poëmatum veterum, ab Lindenbruch in

in eadem vrbe 1595. edita, (quam appellauit Virgilii Appendicem;) in Editione Petronii a Di. S. S. 1645. ibidem curata; in Editionibus Petronii Hadr. et Boschii, in Praef. Petron. descriptis; in editione, Catulli, Tibulli, Propertii et Cornelii Galli, Basileae 1592. in officina Henrico-Petrina excusa, atque hinc Henrico-Petrina a me nominata, quae Priapeia 82. 83. 86. 87. et 88. continet; in emendationibus Heinssii, partim ex Codd. vetustissimis, partim ex ingenio in Comment. eius in Ouid. propositis, quarum paucas videram a Boschio notatas; denique in Barthii coniecturis, Aduersariis eius subinde adsperfis, quas non omnes in Ed. Hadr. excerptas inueneram. Quae vero vulnera aliorum cura plane destituta animaduertebam, ad ea sananda non dubitavi, medicinam nouam excogitare. In carmine incerti auctoris, quod *Ἀνεχόμενος* Apuleii inscribitur, emendando, praeter eadem fere adiumenta, equidem vsus sum Bineti notis, in Petron. Ed. Helenopolitana exhibitis, varietatibus ex Apuleii Editione, ab Elmenhorstio 1621. Francofurti in lumen emissa, haustis, et Iani Doufae P. Praecedaneorum l. 3. c. 7. Porro in altero munere, quod editori imponi solet, in munere interpretis, administrando, quod propter argumenti leuitatem, maiore etiam cum tergiuersatione aggressus sum, eadem cum fide mihi versandum videbatur, quae adeo in re

ingratissima requiritur a principum, quorum linguam non intelligunt legati nationum exterarum, interpretibus. Excerpti igitur quam diligentissime Commentarios Scioppii, Scaligeri, Lindenbrogii, Editioni superiori adiectos, aliorumque notas in aliis Editionibus atque libris, paullo ante commemoratis, mihi oblatas; hac via compendiaria vsus, quia, vti in omni argumento est molestum, per multas variasque ambages, ad verum alicuius loci sensum assequendum eniti, ita hoc longe est molestissimum in carminibus lasciuis. Quod vero spatium hac ratione lucratus eram, eius aliquam partem carmini argumenti honestioris condonare, eo minus dubitavi, quia spero, fore, vt suauiore hoc quasi condimento fastidium, viris grauibus (a quibus solis haec legi cupio, maxime quippe abhorrentibus a Priapi, dei turpissimi, imitatione) procul dubio horum poematum lectione allatum, omnium facillime abstergetur. Delegi autem ex iis, quae Petronii quibusdam editionibus, praeter lusus in Priapum, subiecta reperiuntur, Peruigilium Veneris, quod quidem, etsi nomen habet ambiguum, orationis tamen castitate non minus sese commendat, quam elegantia. In hoc emendando atque interpretando, me, adiuarunt, (praeter eas recensiones, quae in Baudii Amoribus, in Ed. Catulli, Tibulli, Propertii, et Corn. Galli Henrico-Petrina

na, in Ed. Petron. Helenopolitana et Hadr. reperiuntur) notae Pithoei, Lipsii, Iani Dou-
fae et Weizii, in Ed. Petron. Lottichiani volu-
mine altero collectae; Scriuerii et Salmasii
animaduersiones, in collectione variorum opu-
sculorum, quae Baudii Amores inscribuntur,
Lugduni Bat. 1638. a Scriuero edita, exhibi-
tae; interpretationes aliorum virorum docto-
rum, Ed. Petron. Hadrianid. adspersae; Barthii
obseruationes, Aduersariis passim insertae; de-
nique Crusii coniecturae, in Probabilibus Cri-
ticis p. 261. propositae. His nihil, nisi Indi-
cem, Scioppii Indice locupletiolem, subiecif-
sem, nisi ratio superioris Editionis, quae in
hac non erat negligenda, me prohibuisset, quo
minus ea, quae in illa repereram, additamenta
lectoribus praeiperem. Ex eadem igitur re-
petii epistolas de Priapismo Cleopatrae regi-
nae, eiusque remediis commentitias, quibus
nil, nisi paucas notulas criticas, adspersi; cum
ad eas recensendas et explicandas, veri medici
opera et iudicium, et vir latinitatis sequioris
peritissimus, requiri videretur. Denique quia
religioni mihi ducebam, vel minimum viri
summi monumentum delere, recudi etiam
curauit, ex Scaligeri Commentario, duorum Pri-
apeiorum versiones graecas; etsi, cum vir do-
ctus, iamborum purorum vinculis nimis con-
strictus, non semper sensum carminum lati-
norum satis fideliter expresserit, quod docent
epithe-

epitheta, in summa componendorum verborum licentia, non satis respondentia poëtae consilio, ne hanc quidem vtilitatem afferre possunt, vt, quomodo ille vocabula singula intellexerit, inde perspicere liceat illi, qui malit graece, quam latine loquentem interpretem consulere.





DIVERSORVM
 P O E T A R V M
 IN
 P R I A P V M L V S V S.

A D L E C T O R E M.

Carminis incomiti lusus lecture procaces;
 Conueniens Latio pone supercilium.
 Non soror hoc habitat Phoebi, non Vesta, sacello,
 Nec quae de patrio vertice nata dea est:
 Sed ruber hortorum custos, membrofior aequo,
 Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
 Aut igitur tunicam parti praetende tegendae:
 Aut, quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

5

CAR.

Ad Lectorem] Hoc epigramma, quasi praefationis loco, praemissum est ab horum carminum collectore; de quo etiam minus constat, quam de eorundem auctoribus; ea enim, ut *Virgilio* temere a quibusdam sunt tributa, ita *Catullo*, *Tibullo*, *Onidio*, *Martiali* et *Petronio*, a *Iosepho Scaligero* recte vindicantur. Nec male *Cassius Scioppius* ex c. 1, 9. c. 41, 2. et 49, 1. et 2. colligit: primum quidem in sacelli (quod forte in horto *Mecanatis Priapo* dictum erat) parietibus aliquot verficulos iocosos notasse eos poetas, qui hunc *Musarum* fautorem conuenirent; horum deinde lusus imitatos esse poetas recentiores, *Marsialem*, *Petronium* et alios.

Priap.

v. 2. Latio] *Scriuerius* ex membranarum correxit *Tutio*; sed *Latio*, quod hauserunt *Edd. vet.* ex *Codd.* potest explicari hoc modo: deponere supercilium, quod decet maiestatem *Romanam*, vel grauitatem *Romanorum*, quae *Graecorum* leuitati solet opponi.

v. 4. dea] *Minerua*.

v. 5. ruber] propter faciem et fascinum rubrum. Conf. *Hor. l. 1. Sat. 8, 5.*

membrofior aequo] c. 79. *fascino grauis*, et *fascinosus*, eodem sensu dicitur.

v. 7. tegendae] *Scioppius* olim malebat *pudendae*; sed mutauit sententiam.

v. 8. quibus - oculis] quam aequis.

A

C A R M E N I.

AD PRIAPVM.

Ludens haec ego, teste te, Priape,
 Horto carmina digna, non libello,
 Scripsi non nimium laboriose.
 Nec Musas tamen, vt solent Poëtae,
 5 Ad non virgineum locum vocaui.
 Nam sensus mihi, corque defuisset,
 Castas, Pieridum choruin, sorores
 Auso ducere mentulam ad Priapi.
 Ergo quicquid id est, quod otiosus
 10 Templi parietibus tui notaui,
 In partem accipias bonam, rogamus.

C A R M E N II.

O V I D I I.

PRIAPVS.

Obscure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
 Des licet assidue, nil tamen inde perit.
 Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
 Dum tenet obsessas inuida barba genas;

Quod-

C. 1. v. 1. teste te] respectante. Sic *Seneca* in *Thebaide* 3, 412. *nullum, teste me, fiet nefas*; etiam *Plaut. Poenul.* 3, 3. 96. *testem esse, pro inspectare* dixit. *Conf.* c. 98.

v. 2. non libello] i. e. tabernaria; vid. *Scaligerum* ad verbum *Catulli*, c. 52, 3.

Te quaesivimus in minore campo,

Te in Circo, te in omnibus libellis.

Dicit poëta: horto quidem, vt *Veneri* et *Priapo* sacro, ita leuioribus lusibus apto, non vero tabernis, in quibus exacta et casta carmina profare debebant, digna esse haec carmina.

v. 3. non nimium] parum laboriose, vt c. 49, 2. *non nimium castus iocus.*

v. 5. Ad non virgineum locum] ad hortos, *Priapo* sacros.

C. 2. Ouidii] Hec epigramma esse *Ouidii*, *Scaliger* colligit ex *Senecae* l. 1. *Controv.* 2. vbi v. 3. *Ouidianum* dicit.

v. 1. da] in obscenis est. cf. 50, 3.

v. 4. obsessas] *Sciopp.* proponit *obsertas*, quod putat potius pro *obstas*; sed satis eleganter barba dicitur *genas obsessas tenere*, quas totas occupauit.

inuida] *Lindenbrog.* malit *ninguida*, vti 77, 1. *canis cum barba*

Quodque Ioui dederat, qui, raptus ab alite sacra, 5
Miscet amatori pocula grata suo;

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Simplicius multo est, da paedicare, Latine
Dicere; quid faciam? crassa Minerua mea est. 10

C A R M E N III.

AD PRIAPVM.

Obscoenis rigido deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis,
Dat donum Lalage: rogatque, tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

COM-

ba caput albicare capillis dicitur, sed eleganter inuida appellatur ea barba, quae amatores absterret, quasi puero inuideat illorum amorem.

v. 5. ab alite sacra] ab aquila.

Miscet] nam *Ganymedes Iouis* amafius et pincerna erat.

v. 8. loci] Hic locus illustratur apud *Sen. l. 1. Contr. 2. Novimus istam maritorum abstinentiam, qui, etiamsi primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt.* Conf. *Mart. l. 11. ep. 79, 5.*

v. 9. latine] *Sciopp. mauult latino, sc. sermone; et sic editum est in Virg. Ed. Lugdunens. 1557. sed latine, quod habent reliquae Edd. rectius feruatur, si sumamus, latine dicere esse, proprie, sine ambagibus loqui, suo nomine appellare quamlibet rem; quo sensu Cic. Philipp. 7. 6. plane et latine loqui dixit.* Conf. *Mart. Praef. Noftrates dicunt: deutf: k heraus sagen.*

v. 10. crassa Minerua mea est]

Idem dicitur, quod apud *Aristophanem: ἀργαίος εἰμι, τὴν σιάφην σιάφην λέγω.* Nam *crassa Minerua*, vel *crasso filo* homo dicitur simplex, et indoctus. Conf. *Hor. l. 2. Serm. 2. 3.*

C. 3. v. 1. Obscoenis] In *Virgil. Ed. Lugdunensi* reperitur *Obscoenas*; sed *Obscoenis*, lectio *Edd.* reliquarum est melior, quia sic accuratius describuntur *libelli Elephantidos*, puellae graecae, quae σχήματα συνθεσίων, varios coeundi modos, expresserat. Vid. *Mart. l. 12. ep. 43, 4.* et *Suet. Tiber. 43.* Ductas igitur inde tabellas, vel imagines, dicat *Priapo Lalage.*

rigido] ob assiduam tentiginem. Conf. 45, 1.

v. 2. Ducens] *Boschius* dicit, *dicans* legendum esse, atque provocat ad auctoritatem *Heins.* ad *Claud. VI. Conf. Honor. v. 372.* sed hanc lectionem metrum respuit.

v. 4. edat] an possit ipsa *Lalage* opus venereum, accommodate ad figuras istas, edere.

C A R M E N IV.

DE PRIAPO.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
 Versibus hic infra scripta duobus erit:
 Quod meus hortus habet, fumas impune, licebit;
 Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

C A R M E N V.

PRIAPVS.

Quod sum ligneus, vt vides, Priapus,
 Et falx lignea, ligneusque penis:
 Prendam te tamen, et tenebo prensam:
 Totamque hanc sine fraude, quantacunque test,
 5 Tormento, citharaque tensiorem,
 Ad costam tibi septimam recondam.

C A R M E N VI.

PRIAPVS.

Cum loquor, vna mihi peccatur litera: nam Te
 Paedico semper: blaesaque lingua mea est.

CAR-

C. 4. v. 4. hortus] *Hesychius* dicit: κήπος, τὸ ἐφίθειον γυναικείον: sed hic *hortus* pro parte pueri pudenda dicitur, at v. 3. proprie.

C. 5. v. 1. sum] Hoc restitui auctoritate quatuor *Codd.* quos commemorat *Heins.* in suis ad *Ouid.* notis: quia quod vel tum, cum dicitur pro *quamquam*, construitur cum *indicatio*, vt ex loco *Ouidii A. A. l. 1, 262.*

Illa, quod est virgo, quod tela Cupidinis odit,

Multa dedit multis vulnera,
multa dabit;

et ex *Propert. l. 3. El. 2. 9.* intelligitur. Editiones omnes habent *sim.*

v. 4. hanc] scil. partem, quam demonstrabat.

v. 6. recondam] i. q. condam.

C. 6. v. 1. Te Paedico] Ita rescripsi pro *Te P. dico*, quod in *Ed.* superiore legebatur; nam id apparet, lulum inesse in eo, quod ipsum, quem liceat *praedicare*, *paedicet.* Te vero cum Editore superiore seruaui, quia in *Ed. Virgil. Lugdun.* legitur *T. P.* quae videtur fuisse lectio *Codd. Mss.* *Paedico* vero effecti ex lect. *Ed. Hadr. et Bosch. Pae, dico:* legendum autem esse *paedico*, metrum docet, quod *dico* non admittit propter primam syllabam longam. Est vero *blaesus* hoc loco, qui alibi *balbus* dicitur.

C A R M E N VII.

PRIAPVS.

Matronae procul hinc abite castae:
Turpe est, vos legere impudica verba.
Non assis faciunt, euntque recta;
Nimirum sapiunt, videntque magnam
Matronae quoque mentulam libenter.

5

C A R M E N VIII.

PRIAPVS.

Cur obscœna mihi pars sit sine veste, requiris:
Quaero, tegat nullus cur sua signa deus?
Fulmen habet mundi dominus; tenet illud aperte:
Nec datur aequoreo fuscina tecta deo.
Nec Mauors illum, per quem valet, occulit ensem: 5
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phoebum portare sagittas?
Clamue solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosae robora clauae?
Sub tunica virgam num deus ales habet?

10

Quis

i. e. qui literam *v* non potest pronunciare; etsi alibi latius usurpatur, vt nos docet *Ouid. A. A.* 3, 294.

Quid cum legitima fraudatur litera voce, Blaesaque sit iusso lingua coacta sono.

C. 7. v. 5. libenter] i. e. cum voluptate, vt *Cic. l. 2. de Fin.* 8. et tamen non negat, libenter unquam coenasse Gallonium.

C. 8. v. 1. Cur] Hoc carmen esse *Ouidii*, *Scaliger* et *Scioppius* existimant; est vero notatu dignum, quod omnium fere deorum arma nobis exponit, vti c. 19.

v. 2. signa] In *Appendice Virg.*

1595. legitur *tela*; quod fere praetulerim, quia facile Editor quidam potuit *signa* substituere, omnibus quippe deorum insignibus accommodatus.

v. 8. Clamue] Ibidem legitur *Clamne*, quod non minus aptum est.

v. 9. robora clauae] vel dicitur per periphrasin, poetis solemnem, pro *claua*; vt *Lucret. robur saxi pro saxo, vim ignis pro igne*. *Homerus βίην Ἡρακλέην* pro *Hercule* dixit; vel indicatur, eam quernam fuisse; prius tamen poeta dignius foret.

v. 10. virgam] caduceum. deus ales] *Mercurius*, qui alas in pedibus, et in capite habebat.

Quis Bacchum gracili vestem praetendere thyrsos,
 Quis te celata cum face vidit, Amor?
 Nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est;
 Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

C A R M E N IX.

PRIAPVS.

Insulsissima quid puella rides?
 Non me Praxiteles Scopasue fecit:
 Nec sum Phidiaca manu politus;
 Sed lignum rude villicus dolauit;
 5 Et dixit mihi: Tu Priapus esto!
 Spectas me tamen, et subinde rides.
 Nimirum tibi falsa res videtur,
 Adstans inguinibus columna nostris.

C A R M E N X.

PRIAPVS.

Ne prenferere, caue: preno nec fuste nocebo:
 Saeua nec incurua vulnere falce dabo.
 Traiectus conto sic extendere pedali,
 Vt, culum rugas non habuisse, putes.

CAR.

v. 12. face] scilicet ardentes *Cupidi*
facies tribuebantur. *Tibull.*
 1. 2. El. 1.

pone sagittas,
 Et procul ardentes hinc, pre-
 cor, abde faces.

C. 9. v. 4. lignum] *Sciopp.*
 malit signum substituere; sed prae-
 ter necessitatem, cum ex trunco
 forte dolato, fecerint sibi *Pria-*
 8. 1. intelligitur:

Olim truncus eram ficulnus,
inutile lignum.

v. 5. dixit mihi] me iussit *Pria-*

pum esse; vel verbo suo hoc effe-
 cit, non labore multo. *Linden-*
brog. putat indicari: adeo impoli-
 te fabricatum fuisse *Priapum*, ut
 dicendum esset, eum esse *Pria-*
pum, uti olim pictores picturis
 subscribebant nomen rei expres-
 sae. vid. *Aelian. hist. var. l. 10.*
 c. 10.

v. 8. columna] *Catullus ep. 28.*
trabem vocat. *Hor. l. c. v. 5. pa-*
lum.

C. 10. v. 3. pedali] C. 27, 3.
paedicabere fascino pedali.

IN PRIAPVM LVSVS:

C A R M E N XI.

PRIAPVS.

Quaedam ferior, Hectoris parente,
 Cumaeae foror, vt puto, Sibyllae,
 Aequalis tibi, quam domum reuertens
 Theseus reperit in rogo iacentem,
 Infirmo solet huc gradu venire:
 Rugosaeque manus ad astra tollens,
 Ne desit sibi, mentulam rogare.
 Hesternae quoque luce, dum precatur,
 Dentem de tribus exscreauit vnum.
 Tolle, inquam, procul, ac iube latere,
 Scissa sub tunica, stolaque rufa,
 Vt semper solet, et timere lucum,
 Qui tanto patet indecens hiatus,

Bar.

C. II. v. 1. ferior] Recte sic re-
 scriptum est pro *senior* Codd. Mff.
 et *Appendicis Virg.* suadente *Scaliger*,
 atque addicentibus, vt
Barth. Aduers. l. 26. 2. testatur
Codd. Aldinis. Nam metrum hanc
 lect. requirit, et *Tibull.* l. 1. El. 4.
 33. ita locutus est: *premeret quam*
ferior aetas, & quartæ. In *Ed.*
Virg. Lugdun. legitur *hand iu-*
nior, quae coniectura non plane
 est spernenda, quia *Heins.* in
 quinque libris, quorum vnus est
 fatis antiquus, reperit: *Quae-*
dam iunior; huic autem in men-
 tem venerat: *Quaedam annosior.*

parente] i. e. matre, *Hecuba*,
 nam anicula cum tribus anicu-
 lis comparatur.

v. 3. tibi] *Hecaten* intelligit,
 de qua vide *Petron.* 135. 8. 15. n.

v. 4. reperit] Alii *repperit*;
 sed *re*, vt *pro*, videtur syllaba an-
 ceptus fuisse in hoc, et aliis quibus-
 dam verbis.

v. 7. desit sibi] scil. *mentula*.

v. 9. de tribus] i. e. e tribus —
 vnum. Sic *Propert.* 2. 13, 44.
de tribus vna foror.

v. 10. procul] *Heins.* coniicit
precor.

v. 11. stolaque rufa] Hac vsas
 esse matronas, docet etiam *Prop.*
 l. 2. 25, 45, siue est *sanctis ami-*
ctu.

v. 12. timere lucum] Sic recte
 emendauit *Barth.* in *Adv.* l. 24. 2.
locum, quod habent *Edd.* vetu-
 stissimae, metro refragante. Non
 minus enim eleganter os illud la-
 tum et inaequale, hirsuto quoque
 naso velut coopertum, dicitur *lu-*
cus, quam alia pars a *Plauto Cas-*
 5, 2. 35. iubetur autem *dens*,
 timere istum *lucum*, ne cupiat per
 eum redire ad duos reliquos den-
 tes, *Scaliger* legendum putabat,
 consentientibus, vt *Barth.* con-
 tendit, *Codd. Aldinis*, *timere lu-*
cem; sed tum deest substantiuum,
 quo referatur *Qui*. *Sciopp.* vero
 manuit: *et locum timere*, putatque,
 indicari gingiuam.

- Barbato macer eminente naso,
15 Vt credas Epicuron oscitari.

C A R M E N XII.

PRIAPVS.

- Paedicere, puer, moneo: futuere, puella:
Barbatum furem tertia poena manet.

C A R M E N XIII.

PRIAPVS.

- Huc huc, quisque es, in dei falacis
10 Deuerti graue ne puta sacellum.
Et, si nocte fuit puella tecum,
Hac re, quod metuas adire, non est.
5 Isthuc Coelitibus datur seueris.
Nos vappae sumus, et pusilla culti
Ruris numina: nos, pudore pulso,
Stamus sub Ioue, coleis apertis.
Ergo, quilibet huc, licebit, intret,
10 Nigra fornicis oblitus fauilla.

CAR.

v. 14. Barbato macer] *Heinsf.* in *Comment. ad Ibin.* 146. proponit: *Laruali macie.*

C. 12. v. 1. Paedicere] Hoc restitui, praeeunte *Hadr.* et *Boschio*, ex *Appendice Virg.* pro *Praecidere*, quia hoc est proprium huic rei verbum; possit quidem *praecidere* de eadem re dici, vt c. 14, 6. esset tamen ambiguum, quia c. 25, 2. dicitur pro abscindere partem virilem.

v. 2. tertia poena] irrumatio; quam *Hor. Epod.* 8, 20. per *adlaborare ore* expressisse videtur.

C. 13. v. 2. Deverti] Ita rescripti, consentiente *Heinsf.* ad *Ouid. Amor.* 1. 2. *Et.* 6, 9.

v. 4. Hac re] i. e. ob hanc rem, vt *Brutus* ad *Atticum* de *Cicerone*: *An hoc ipsum ea re fa-*

cit, quod illi propter amplitudinem omnia iam deserenda putat?

metuas adire] Arcendos enim a sacris putabant hesternae venere inquinatos. *Tibull.* 1. 2. *Et.* 1.

Vos quoque abesse procul iubeo: discedite ab aris, Quae tulit hesternae gaudia nocte Venus.

v. 5. isthuc] ista puritas.

v. 6. vappae] Homo vilis et nihili sic dicitur, vt *ὄξινης* apud *Graecos*. Conf. *Aristoph. Equ.* 4. 1301.

Ἄνδρα μοχθηρόν πολίτην ὄξινην, ἰπέροβολον.

v. 8. sub Ioue] sub dio, vt *Hor. l. 1. Od.* 1, 25.

v. 10. fornicis] in qua prostabant meretrices. *Hor. l. 1. Sat.* 2, 30.

C A R M E N XIV.

PRIAPVS.

Commisso mihi non satis modestas
 Quicumque attulerit manus agello:
 Is me, sentiet, esse non Ipadonem,
 Hic inter frutices loco remoto.
 Dicat forsitan haec sibi ipse: nemo
 Praecisum sciet esse me; sed errat:
 Magnis testibus ista res agetur.

C A R M E N XV.

AD PRIAPVM.

Qualibus Hippomenes cepit Schoeneida pomis:
 Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat:
 Qualia credibile est, spatiantem rure paterno
 Nausicaam pleno saepe tulisse sinu:
 Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti,
 Qua lecta, cupido pacta puella viro est:

Talia-

C. 14. v. 1. non satis modestas] rapaces.

v. 4. remoto] vt *Hor. l. 2. Od. 3, 6. in remoto gramine,*

v. 6. Praecisum] "*Praecidere puerum* obscene dicitur, vt *caedere. c. 25, 10.*

v. 7. testibus] Inest ambiguitas; testes enim videntur dici *spektatores*, reuera autem dicuntur *testiculi*. Simili Iusu vtitur *Plaut. in Amphitruone. 2, 2. 192.*

C. 15. v. 1. Hippomenes] Hic *Atalantam, Schoenei* filiam, quae cursu certamen procis proposuerat, occupatam tribus malis aureis, quae ipse post se reiecerat, colligendis, anteuertit. cf. *Ouid. Metamorphos. l. 10, 560. sqq.*

cepit] restitui ex *Ed. Bosch.* auctoritate *Heins. ad Ibin v. 374.* vbi videtur indicare, hic olim lectum esse *cepit*, vti apud *Ouid. Heroid. 21, 123.*

Cydippen pomum, pomum Schoeneida cepit;

id liquet, melius esse *cepit*, quam *rapiuit*, quod reliquae *Edd.* habent.

v. 2. Qualibus] i. e. aureis.

v. 4. Nausicaam] filiam *Alcinoui, Phaeacum* regis, cuius horti et deliciae in prouerbium abiere.

v. 5. Aconti] *Acontius* profectus ad sacra *Dianae*, quae in *Delo*, insula, frequenti virginum conuentu celebrarentur, *Cydippes* amore captus, in pulcherrimo pomo scripsit hos versus:

Iuro tibi sane per mystica sacra Dianae,

Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Quos cum imprudens legisset, visa est se *Acontio* vxorem pacisci,

A 5

idque

Taliacunque puer dominus florentis agelli
Imposuit mensae, nude Priape, tuae.

C A R M E N XVI.

PRIAPVS.

Quid mecum tibi, circitor moleste?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat, sine: laxior redibit.

C A R M E N XVII.

PRIAPVS.

Commoditas haec est in nostro maxima pene,
Laxa quod esse mihi foemina nulla potest.

C A R M E N XVIII.

PRIAPVS.

Ecquando Telethusa, circulatrix,
Qua clunem, tunica tegente nulla,
Extis aptius, altiusque motat,
Crissabit tibi, fluctuante lumbo?
5 Sic ut non modo te, Priape, posses,
Priuignum quoque sed mouere Phaedrae.

CAR.

idque ratum esse debebat, dictum
quippe in templo *Deliae Dianae*.

v. 7. Taliacunque] pro *Talia*,
vt c. 69, 23. *quicumque* pro *qui*.

C. 16. v. 2. quid prohibes]
Heins. ad *Petron.* c. 52. *qui pro-*
hibes legi vult, quod mihi arri-
det.

C. 18. v. 1. Ecquando] In *Virg.*
Ed. Lugd. et *Appendice Virg.*
exhibetur: *Hic quando*; sed recte
rescriptum videtur in recentiori-
bus: *Ecquando*.

Telethusa] *Τελεθυσσα*, vel *Θαλέ-*
θυσσα; perperam igitur, scribitur
et in *Martial.* *Theletusa*, contem-
dit *Scaliger*.

v. 3. Extis] *Sciopp.* propone-
bat *leitis*, quia nullum sensum
extis inesse putabat; postea ta-
men opinatus est, *exta* significa-
re *intestina*. At equidem existi-
mem, istum motum obscenum di-
ci, cordis et pulmonis palpitatio-
ne, vehementiorem,

v. 6. Priuignum — Phaedrae]
Hippolitus castissimum.

C A R M E N XIX.

PRIAPVS.

Fulmina sub Ioue sunt: Neptuni fuscina telum:
 Ense potens Mars est: hasta, Minerua, tua est.
 Sutilibus Liber committit praelia thyrsis:
 Fertur Apollinea missa sagitta manu.
 Herculis armata est inuicta dextera claua:
 At me terribilem mentula tenta facit.

C A R M E N XX.

AD PRIAPVM.

Copia mi perit: tu suffragare rogatus,
 Indicio nec me prode, Priape, tuo:
 Haec, quaecunque tibi posui vernacula poma,
 De sacra nulli dixeris esse via.

CAR.

C. 19. v. 1. Fulmina] De eodem argumento agit c. 8. conferri etiam meretur *Antholog.* l. 4. xēφ. 13.

v. 3. Sutilibus] Hoc restitui ex *Ed. Virg. Lugdun. Appendice Virg. Ed. Hadr. et Bosch.* pro *subtilius Ed. sup.* quia, quo iure *rosa Sutiles, Mart.* 5. 65, 4. et 9. 94. 5. dicantur, quae aptantur crinibus et temporibus, eodem thyrsus potest dici redimitus hedera; nam talis hypallage poëtis frequentatur.

C. 20. v. 1. Copia] Dominum horti alloqui *Priapum* suum, apparet; neque est difficile ex vers. 2. et 3. colligere: eundem, copia pomorum destitutum, et coactum ad ea emenda, nolle hanc suam inopiam prodi. Sed initium erat obscurum: nam *Copia me perdit* videtur significare, *mihi nocet, me infelicem reddit.* At hunc sensum non admittit contextus, qui requirit, ut dicatur: *Copia me destituit;* hinc equidem ex mera coniectura recepi: *Co-*

pia mi perit; unde facile potuit oriri: *Copia me perit;* huic vitio, cum mederi vellet librarius, *perdit* substituit. Lectio vulgaris non potest defendi, nisi quis sumat, *perdit me copia* hoc loco dici pro *perdidi*, vel *amisi, copiam.* Sed haec hypallage durissima nullo exemplo potest confirmari.

rogatus] *Barth.* scribendum putat:

Copia me perdit, tu suffragare, rogantum.

v. 3. posui] i. e. dedicaui, ut C. 26, 4. et *Prop.* 2, 14. 27.

Has pono ante tuam, tibi, Diva, Propertius aedem

Exuvias. —

Ceterum *Lessingius* in *vermischten Schriften*, T. 1. p. 287. hunc versum ita correxit:

Quaeque tibi posui, tamquam vernacula poma.

v. 4. De sacra-via] scil. *Romae* in sacra via a rusticis, in urbem commeantibus, fructus fundorum veti-

C A R M E N XXI.

PRIAPVS.

Foemina si furtum faciet mihi, virque puerque:
Haec cunnum, caput hic, praebeat, ille nates.

C A R M E N XXII.

PRIAPVS.

Quicumque hic violam, rosamue carpet,
Furtiuumue olus, aut inemta poma,
Defectus pueroque foeminaque:
Hac tentigine, quam videtis in me,
5 Rumpatur, precor, vsque, mentulaque
Nequicquam sibi pulset vmbilicum.

C A R M E N XXIII.

PRIAPVS.

Hic me custodem foecundi villicus horti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas poenam: licet indignere, feramque
Propter olus, dicas, hoc ego propter olus?

CAR.

vendebantur. *Quid. A. A. l. 2.*
263. de eadem re:

*Dum bene diues ager, dum rami
mi pondere nutant,
Adferat in calatho rustica
dona puer.*

*Rure suburbano poteris tibi dicere
missa,*

*Illam vel in sacra sint licet
emta via.*

C. 21. v. 1. faciet] *Faciat* malim, pro *fecerit*.

v. 2. Haec — nates] de triplici hac poena confer *c. 12.*

C. 22. v. 6. Nequicquam] *Sciopp.* mauult *nequaquam*; sed *nequicquam*, i. e. frustra, requirit orationis series.

pulset] quod solet fieri in tentigine.

C. 23. v. 4. Propter olus] scilicet surreptum. Posterius: *propter olus*, *Sciopp.* putat significare *prope olus*, in gramine; quasi in ambiguitate verborum esset lusus. Verum *propter olus* bis eodem sensu positum esse, est probabile ex *Leonida*, ex quo haec expressa videntur:

Ἄλλ' ὡς ἐντέταμαι, Φῶν, ἔμβλεπε τῆτο δ' ἔρωτῶς
τῶν ὀλίγων λαχάνων εἶνεκα ἰ
τῶν ὀλίγων;

mirantem enim decet talis repetitio.

C A R M E N XXIV.

PRIAPVS.

Hoc sceptrum, quod ab arbore vt recisum est,
 Nulla iam poterit virere fronde:
 Sceptrum, quod pathicae petunt puellae:
 Quod quidam cupiunt tenere reges:
 Cui dant oscula nobiles Cynaedi:
 5
 Intra viscera furis ibit vsque
 Ad pubem, capulumque coleorum.

C A R M E N XXV.

PRIAPVS.

Porro, (nam quis erit modus?) Quirites,
 Aut praecidite feminine membrum,
 Quod totis mihi noctibus fatigant
 Vicinae sine fine prurientes,
 Vernis passeribus falaciores:
 5
 Aut rumpar: nec habebitis Priapum.
 Ipsi cernitis, exfututus vt sim,
 Confectusque macerque pallidusque,
 Qui quondam ruber et valens solebam
 Fures caedere, quamlibet valentes.
 10
 Defecit latus: et periculosam
 Cum tussi miser exspuo saliuam.

CAR-

C. 24. v. 1. Hoc sceptrum] partem istam sic dicit, vt per parodiam ridiculam posset exprimere locum *Iliados* 1, 234. Conf. *Virg. Aen.* 12, 106.

v. 4. cupiunt] In *Ed. Hadr.* et *Bosch.* exhibetur *cupiant*; sed quia praecedit *petunt*, *indicativus* est aptior.

tenere] *Sciopp.* putat, hic perstringi libidinem regum, qui aliis succubuerint, vt *Caesar Nicomedi*: sed possit etiam hoc dici, sceptrum, quod *tenere*, i. e. habe-

re, cupiant *reges* quidam, impotententes nimirum ad hoc opus.

v. 5. oscula] Conf. 44, 5.

C. 25. v. 1. Porro, — Quirites] Hac formula utebantur, qui populi auxilium implorabant.

v. 3. fatigant] ad venerem illud sollicitantes.

v. 8. confectus] fractus viribus, vt *Virg.* 1. 11. *Aen.* 85. *aeno confectus Aletes.*

v. 11. latus] cuius eadem est ratio, quae est lumbi. c. 18, 4.

Eodem sensu c. 83. *fin.* *venus dicitur*

C A R M E N XXVI.

AD PRIAPVM.

Deliciae populi, magno notissima Circo
 Quintia, vibratas docta mouere nates,
 Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
 Ponit, et adducta tympana pulsa manu.
 5 Pro quibus, vt semper placeat spectantibus, orat:
 Tentaque ad exemplum fit sua turba Dei.

C A R M E N XXVII.

PRIAPVS.

Tu, qui non bene cogitas, et aegre
 Carpendo tibi temperas ab horto,
 Paedicabere fascino pedali.
 Quod si tam grauis et molesta poena
 5 Non profecerit: altiora tangam.

C A R M E N XXVIII.

AD PRIAPVM.

Obscoenis, peream, Priape, si non
 Vti me pudet, improbisque verbis:
 Sed cum tu, posito Deus pudore,

Osten-

citur *molle rumpere latus*, fratum quippe ad opus faciendum.

v. 12. cum tussi] quae tabem comitatur.

C. 26. v. 1. Circo] De meretricibus, in amphitheatro prostantibus, vide *Lips. Elest.* 1. c. 11.

v. 2. mouere nates] cum saltat sub crotalum, vti crotalistris in *Copa. vers.* 2.

Copa syrisca

Crispum sub crotalo docta mouere latus.

v. 5. placeat] In *Ed.* sup. forte per mendam operarum irrepsit *placeant*, quasi ad arua ista re-

feratur; sed *Quintia* orat, vt ipsa placeat *pro his instrumentis*; i. e. horum instrumentorum, oblato- rum deo, hanc mercedem sibi expetit.

v. 6. sua turba] amatores ipsius.

C. 27. v. 2. Carpendo-ab horto] i. e. a frugibus horti carpendis. Conf. c. 72, 1.

v. 3. fascino pedali] Conf. c. 10, 4.

v. 5. altiora] i. e. ora; irrumabo te.

C. 28. v. 1. peream] iurandi formula frequens.

Ostendas mihi coleos patentes:

Cum cunno mihi mentula est vocanda,

5

C A R M E N XXIX.

AD PRIAPVM.

Falce minax, et parte tui maiore, Priape,

Ad fontem, quaeso, dic mihi, qua sit iter?

C A R M E N XXX.

PRIAPVS.

Vade per has vites, quarum si carpseris vuas;

Quas aliter fumas, hospes habebis aquas.

C A R M E N XXXI.

PRIAPVS.

Donec proterua nil mihi manu carpes,

Licebit, ipsa sis pudicior Vesta.

Sin; haec mihi te ventris arma laxabunt,

Exire vt ipsa de tuo queas culo.

CAR-

v. 3. posito] deposito; c. 13, 7.
pulsio pudore.

v. 4. patentes] apertos. Vid.
c. 13, 8.

C. 29. v. 1. parte tui maiore] huius enim magnitudine insignis est *Priapus*. Vid. c. 7, 4. 10, 3. 27, 3.

v. 5. ad fontem] Solent aduenae aquaturi sciscitari obuios de fonte. Hic aliquis interrogat *Priapum*, stantem forte in triuio cum virga in manu, quae monstraret iter ad fontem; nam hic *Priapus* et vitium et viarum custos esse videtur.

C. 30. v. 1. Vade] respondet *Priapus*.

quarum si] *Bosch.* edidit ex emendatione *Heinsii*: sed si quam carpseris unam: ea vero non opus est.

v. 2. Quas] Ita omnes *Edd.* meae, praeter *Ed. Petron. Lugdun.* a *Di. S. S.* curatam, quae habet *Cur.* Eandem tamen lectionem reperit et exhibuit *Scaliger*, sed fatetur, eodem redire alteram lect. *Quas*.

aliter] ob aliam causam, scilicet non ad bibendum, sed ad eluendum os, a me impudico modo maculatum.

C. 31. v. 3. sin;] Hic recte interpungitur; atque *sin* eleganter ponitur pro *si non*, vt apud *Cic.* l. 10. ad *Att. Ep.* 7. si vir esse volet, praecleara oratio: *sin autem; erimus nos, qui solemus*.

v. 4. culo] Hoc, quod reperi in omnibus *Edd.* excepta *Ed. sup.* rescripsi pro *cunno*: nam paedicare etiam solebant feminas; vide c. 2, 8.

C A R M E N XXXII.

PRIAPVS.

Vuis aridior puella passis,
 Buxo pallidior, nouaque cera,
 Collatas sibi quae, suisque membris
 Formicas fecit atiles videri:
 5 Cuius viscera non aperta Tuscus
 Per pellem poterit videre haruspex,
 Quae succo caret, atque putris pumex,
 Nemo viderit hanc vt exspuentem:
 Quam pro sanguine puluerem, scobemque
 10 In venis medici putant habere:
 Ad me nocte solet venire, et affert
 Pallorem, maciemque laruialem.

Ductor

C. 32. v. 1. Vuis] Etiam *Graeci* hominem exsuctum dicunt *ἀσζ-φιδω*. Lucilius passos senes dixit.

aridior] Catullus c. 19, 12. *Furii* eiusque parentum maciem describit simili fere modo:

*Atqui corpora sicciora cornu,
 Aut, si quid magis aridum est,
 habetis;*

Sole et frigore et esuritione.

*A te sudor abest, abest salina,
 Mucusque, et mala pituita
 nasi.*

v. 2. Buxo] Etiam *Graeci* *ῥὲς* *ῶξωδς* *ῥυξίωδς* vocant.

nouaque cera] Sic c. 51, 9.

v. 3. collatas] quae efficit, vt comparatae sibi et suis membris *formicae atiles*, i. e. pingues, videantur, i. e. tenuior formicis.

v. 5. non aperta] non extracta, aperto ventre.

v. 7. atque putris pumex] Hoc restitui ex libris veteribus, quos testatur *Scaliger*, ita legere. Di-

citur vero atque pro sicut, vel aequae atque, vt *Plaut. Cas. 4, 4, 21. Nebula haud est mollis, atque cutis huius est. Pumex autem dicitur putris*, quia facile soluitur, vt *creta putris Mart. 12, 62, 9. Non ergo est, quod cum Scaligero emendemus: atque petra pumex, quod receperunt Hadr. Bosch. et al. multo minus vt patrisque pumex*, quod habet *Ed. Virg. Lugdun. et Append. Virg.* potest ferri, cum quae sit molestum. Malim, si quid, mutandum sit: estque, vel statque putris pumex.

v. 12. laruialem] Hoc pro *larualem* *Edd. vet.* requirit metrum; hinc recte sic iam legit *Scaliger, Turnebo* praeaeunte; est vero haec epenthesis, per quam etiam apud *Ennium* et alios *Carthaginensis* dicitur pro *Carthaginensis*. Dicitur autem *macies larualis*, macies, qualis tribuitur laruis, de quibus vid. *Petron. Satyr. c. 34, 8. n.*

Ductor ferreus infularis aequae,
Laternae videor fricare cornu.

C A R M E N XXXIII.

PRIAPVS.

Naiadas antiqui, Dryadasque habuere Priapi:

Et, quo tenta Dei vena subiret, erat.

Nunc adeo nihil est: adeo mea plena libido,

Vt Nymphas omnes interiisse putem.

Tur-

v. 13. ductor ferreus infularis] *Scaliger* putat, sic dici *χαλκίον*, deportatum nimirum in insulam, quia *ducere* sit, i. q. *ελαύειν*, in laminas ducere; sensumque existimat hunc esse: *ductor ferreus infularis videor, ferrom quasi fricans, et laternae videor fricare cornu, tanquam laternae opifex*: nec male, quia rem habebat cum muliere, quae laminis ferreis, et corneis similis videretur; *infularis* vero dicitur, vel quia in insula *Lemno* arma prima sunt cusa, vel quia in insulas deportati etiam huic opificio adhibebantur. Alii per *ductorem ferreum insularem* intellexere ipsum *Vulcanum*, cuius ignis, laterna inclusus, eius cornua videatur fricare. *Ludovicus Caelius Rhodiginus* in *lectionum antiquarum libris*, p. 1407. intelligit *facientes opus*, ad quod damnati erant, in locis *subterraneis*, quoniam, ut scribit *Plinius*, *cuniculis cavantur montes ad lucernarum lumina*, intelligitque *seruos*, qui *laternas circumferentes assidue*, eas atterere quodammodo videbantur. Nimirum *ductor ferreus* est ipsi *seruus compeditus*, aut *ferritribax*, ut *Plautus* *Moss.* 2, 1. 9. loquitur, qui etiam hoc genus *seruorum* *Priap.*

rum dicit *ferratile*. *Moss.* 1, 1. 17. Ceterum corneas laternas etiam apud *Romanos* in usu fuisse, docet *Mart.* 14. ep. 62. et *Plin.* 1. 16. *Vrorum cornibus barbari septentrionales potant, apud nos in laminas secta translucent, atque etiam lumen inclusum latius fundunt*. Quid? si *ductor ferreus* dicatur, *dux ferreis annulis constrictus*, qui laterna praefenda, opus facientibus in metallifodinis monstrat viam? Certe huic se comparare poterat, cui aequae molestum esset, rem habere cum muliere, laternae simili, atque isti duci, laternam semper manu gerere.

aeque] *Barth.* in *Aduers.* 1. 21. c. 10. conicit, legendum esse: *aeque Laterna videor fricare cornu*; vel potius: *infularis atque Laternae videor fricare cornu*, ita, ut *infularis* ad *laternam* referatur, atque sic dicatur *laterna*, in *deversoriis*, quae erant in insulis, (vt in *Manicii*, vid. *Petron.* 95. 3.) *praebere solita*. Etiam *Sciopp.* malebat atque.

C. 33. v. 1. antiqui ~ Priapi] qui olim erant.

v. 3. plena] magna; nam quia non potest expleri, quotidie sit plenior, i. e. maior.

B



- 5 Turpe quidem fatu: sed ne tentigine rumpar,
Falce manu posita, fiet amica manus.

C A R M E N XXXIV.

AD PRIAPVM.

- Cum sacrum fieret Deo salaci,
Conducta est pretio puella paruo,
Communis fatis omnibus futura.
Quae, quot nocte viros peregit vna,
5 Tot verpas tibi dedicat salignas.

C A R M E N XXXV.

PRIAPVS.

- Paedicabere, fur, semel: sed idem
Si prensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt poenam patiare et hanc, et illam,
5 Paedicaberis, irrumaberisque.

C A R M E N XXXVI.

PRIAPVS.

Notas habemus quisque corporis forma:
Phoebus comosus: Hercules lacertosus:
Trahitque Bacchus virginis tener formam:
Minerua glauco lumine est: Venus pacto.

Fron-

v. 5. fatu] Ita rescripsi, praeeunte *Boschio*, ex *Cod. Heinii*vet. In aliis legitur *fallu*: sed *Priapo* nihil *factu turpe* videtur, verbis obscenis tamen interdum quandam praefationem praemittit. vid. c. 2.

C. 34. v. 2. Conducta -- puella] victima quasi *Priapi*.

v. 4. peregit] i. e. exhaustit crebro concubitu, vid. *Barth*.

Aduersf. l. 21. c. 10. Alibi viri dicuntur peragere puellas.

C. 35. v. 2. prensus] Hoc restitui pro *praesens*, quod, nescio, quò fato, in *Ed.* sup. irrepperat.

C. 36. v. 2. lacertosus] vid. *Philostat. Icon. 2. in Anthaco*.

v. 4. glauco] Hoc rescripsi pro *flauo*; γλαυκῶπις enim *Minerua* dicitur ab *Homero*. Verum *Antonius de Roog.* (in *Spicilegiis criticis*.

Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.
 Habet decentes nuntius deum plantas:
 Tutela Lemni dispares mouet gressus:
 Intonsa semper Aesculapio barba est:
 Nemo est feroci pectorosior Marte.
 Quod si quis inter haec locus mihi restat,
 Deus Priapo mentulatio non est.

C A R M E N XXXVII.

VOTI SOLVTIO.

Cur pictum memori sit in tabella
 Membrum, quaeritis, vnde procreamur.

Cum

p. 132.) qui et ipse sentiebat, *Minerua* quidem *flauam* dici a colore comarum, ei autem oculos flauos non posse tribui, hunc locum ita corrigit: *Minerua flava; lumine est Venus paeto;* quam lect. veram putarem, nisi concinnior esset versus, si pro *flavo* ponatur adiectiuum, quod ad lumen referatur.

v. 5. Frontem cruentos] Ita recte legit *Scaliger* pro *Frontem crinitos*, quod, vt ait, est in antiquis *Edd.* nec tamen ferri potest, quia neque versus constat, neque *Fauni criniti*, sed *calui* pingebantur, manum obtendentes fronti ad calorem arcendum. Versui quidem consuluerunt, qui legerent *comatos*, sed non rei. *Cruenti* vero dicuntur *Fauni rubentes*, vt *mora cruenta*; ad quem colorem alludit *Virg. Ecl. 10, 27.*

Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Nimirum statuae *Faunorum* minio rubricabantur, ad eorum salutaritatem indicandam, vt *Barth. su-*

spicatur. In *Ed. Lugd. Virg. et Virg. Append.* legitur: *At fronte crinita.* Si haec esset *Codd.* lectio, de quo tamen dubito, quia videtur emendatio lect. *Frontem crinitos*, suadente *Lindembrogio*, possit scribi: *At fronte cornuta;* *Saiyræ* enim caprinis cornibus depinguntur.

v. 7. Tutela Lemni] i. e. tutor, *Vulcanus*. Sic c. 73. 1. *promarii tutela diligens dicitur Priapus.*

dispares] claudicans quippe.

C. 37. v. 1. memori] i. e. ad memoriam rei conseruandam proposita, quo sensu dixit etiam *Hor. Od. 3, 17, 4. fastos memores.* Alluditur hic ad morem naufragorum, qui vestes, quibuscum euaferant, in templo *Nepuni*, aut alius dei marini, ex pariete suspendere solebant, atque adeo in votiuis tabulis naufragiorum casus depictos exhibebant; vid. *Hor. l. 1. Od. 5. 13. l. 2. Sat. 1, 33.* et ad consuetudinem aegrorum, qui, cum conualuissent, pictas tabellas suspendebant, continentes curationis genus.

- Cum penis mihi forte laesus esset,
 Chirurgique manum miser tinerem:
 5 Dīs me legitimis, nimisque magnis,
 Vt Phoebo, puto, filioque Phoebi,
 Curatum dare mentulam verebar.
 Huic, dixi, fer opem, Priape, parti,
 Cuius tu, pater, ipse par videris:
 10 Qua salua sine sectione facta,
 Ponetur tibi picta, quam leuaris,
 Parque, confimilisque, concolorque.
 Promisit fore: mentulamque mouit
 Pro nutu deus, et rogata fecit.

C A R M E N XXXVIII.

PRIAPVS.

- Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet:
 Natura est quoniam semper aperta mihi.
 Paedicare volo: tu vis decerpere poma.
 Quod peto, si dederis: quod petis, accipies.

CAR-

v. 5. me] pleonastice positum est: *verebar, me dare curatum mentulam, pro verebar dare.* Sic *Ter. Prolog. Eun. 1. Si quisquam est, qui placere se studeat bonis:* et *Plaut. passim.*

legitimis] ad quos proprie cura huius rei pertinere videbatur.

v. 6. puto] Hoc rescripsi pro *puta*, cuius syllaba vltima non potest corripī. Eodem modo dicitur *puto* c. 40, 2. Conf. c. 51, 19. vbi *credo* in *crede* est mutatum a librariis.

filioque Phoebi] *Aesculapio.*

v. 9. par] idem est, quod *συγγενής*, quod ponitur pro *similis*. *Aristoph. Equit. 1277.* Conf. *Petron. Sat. c. 92, 4. n.* et *Ind. Huic parti totus Priapus similis dicitur, quippe cuius pars prae-*

cipua haec erat. Male legitur in *Ed. Virg. Lugd. peruideris.* *Heins.* vero ad *Petron. c. 92.* *ma-* *vult: Cuius tu, pater, ipse pars* *videris;* quod amplecterer, si de *Priapi*, non vero de alius parte ageretur.

v. 11. leuaris] sanaueris.

v. 12. Parque] Itā *Virg. Ed. Lugd. Virg. Appendix*, et *Ed. sup.* nec male, quia illud *que* more poetico potest repeti. Sed *Bosch.* cum *Hadr.* habet *Compar*, ex *Scaligeri* coniectura. Ceterum *par* hoc loco eodem, quo paullo ante, sensu dicitur.

v. 13. mouit] *Ridicule imitatur Homorum*, qui *Iouem* annuentem dicit *supercilia mouere* *Iliad. 1, 528.*

C. 38. v. 2. Natura] pars obscena,

IN PRIAPVM LVSVS.

C A R M E N XXXIX.

PRIAPVS.

Forma Mercurius potest placere:
 Forma conspiciendus est Apollo:
 Formosus quoque pingitur Lyaeus:
 Formosissimus omnium est Cupido.
 Me pulchra, fateor, carere forma:
 Verum mentula luculenta nostra est:
 Hanc mauult sibi, quam Deos priores,
 Si qua est non fatui puella cunni.

C A R M E N XL.

AD PRIAPVM.

Nota Suburbanas inter Telethusa puellas,
 Quae, puto, de quaestu libera facta suo est:
 Cingit inaurata penem tibi, sancte, corona:
 Hunc Pathicae summi numinis instar habent.

C A R M E N XLI.

PRIAPVS.

Quisquis venerit huc, Poëta fiat:
 Et versus mihi dedicet iocosos.
 Qui non fecerit: inter eruditos
 Ficosissimus ambulet Poëtas.

CAR.

scoena, vt apud Graecos *Φύσις*.
 Sic *Cic. l. 3. de Nat. Deor. 22.*
Cuius, (Mercurii,) excitata natura traditur, quod ad specum Proserpinae commotus sit. Conf. c. 8, 1. et 13.

C. 40. v. 1. Suburbanas — puellas] i. e. meretrices, nam in regione suburana meretricum fornicee et deuerforia erant.

v. 2. de quaestu libera facta] *Plaut. Pers. 4, 4. 104. libera eris actutum, si crebra cades.*

v. 3. sancte] Sic idem dicitur: c. 82, 3.

C. 41. v. 3. eruditos] Poëtae κατ' ἐξοχὴν dicuntur *δοκτοί*, (vid. *Hor. Od. 1, 29.*) sed hic *eruditus* dicitur sensu nequam, de perito iustae venereae; (conf. *Petron. 140, 11. et 105, 10.*) nam opponitur *ficosissimus*, plenus vlceribus, quae nascuntur cinaedis et pathicis a nimio attritu.

C A R M E N XLII.

AD PRIAPVM.

Laetus Aristagoras natis bene villicus vuis
 De cera facta dat tibi poma, Deus.
 At tu, sacraati contentus imagine pomi,
 Fac, veros fructus ille, Priape, ferat.

C A R M E N XLIII.

PRIAPVS.

Nolite omnia, quae loquor, putare
 Per lusum mihi, per iocum dici.
 Deprensos lego ter quaterque fures
 Omnes, ne dubitetis, irrumabo.

C A R M E N XLIV.

PRIAPVS.

Velle quid hanc dicas, quamuis sum ligneus, hastam;
 Oscula dat medio si qua puella mihi?
 Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit,
 Utetur veris vsibus hasta rudis.

C A R M E N XLV.

PRIAPVS.

Cum quendam rigidus Deus videret
 Feruenti caput vsulare ferro,

Vt

C. 42. v. 2. facta] *Scaliger* ma-
 vult *facili*, possit tamen *facta* de-
 fendi, si eo sensu *cera facta* di-
 catur, quo argentum *fallum*, vel
 elaboratum, dicitur. Possit et-
 iam legi *sita*.
 v. 4. ille] *Aristagoras*.

C. 43. v. 4. ne dubitetis] *Barth.*
Adv. l. 24. 7. proponit: *ne dubi-*
zet quis.

C. 44. v. 1. Velle] Si qua puel-
 la me medium osculata sit, quid?
 i. e. cur tu dicas, vel putes, eam
 hanc hastam velle? *Sciopp.* vult

dicat legi: sed praeter necessita-
 tem. *Barth.* *Adv.* 24. 7. suspica-
 tur, pentametros sic esse trans-
 ponendos:

Velle quid hanc dicas, quamuis
sim ligneus, hastam?

Utetur veris vsibus hasta ru-
dis.

Augure non opus est; in me, mi-
hi credite, dixit,

Oscula dat medio si qua pu-
ella mihi.

C. 45. v. 2. feruenti - ferro]
 i. e. calamistro, quod calefacie-
 bant in cinere.

Vt Maurae similis foret puellae:
 Heus, inquit, tibi dicimus, cinaede,
 Vras te licet vsque, torqueasque:
 Num tandem prior est puella, quae so,
 Quam sunt, mentula quos habet, capilli?

C A R M E N XLVI.

PRIAPVS.
 O non candidior puella Mauro,
 Sed morbosior omnibus cinaedis,
 Pygmaeo breuior, grucm timenti,
 Vrsis asperior, pilosiorque,
 Medis laxior, Indicisque braccis:
 Mantes hic licet, — vt libenter ires!

Nam

v. 3. Maurae] quae habebat
 crispas capillos, vti *Aethiopes*,
 similis] et sic ei placeret.

v. 6. prior] pro *melior*, vt
 apud Graecos *πρότερος* Hom. *Od.*
 19, 184. ὄδ' ἀγα πρότερος καὶ ἀγέ-
 ων; et Hor. *Causa quis prior*.
Serm. 2, 5. 30.

est] *Ed. Virg. Lugd.* et *Ed.*
 sup. habent *es*; sed reliquae re-
 ctius est: quia non puellam, sed
 puerum alloquitur.

v. 7. Quam] Hoc rescripsi pro
Qua, quod in *Ed. super.* vt in
Appendice Virg. legitur, quia
 hoc dicitur: ne totam quidem pu-
 ellam praefendam esse capillis
 istius partis, quae describitur,
 nedum capitis crinibus.

C. 46. v. 2. Sed morbosior]
 Ita in *Ed. sup.* atque adeo in *Ed.*
Lugd. Virg. legebatur: quam le-
 sionem praetuli, quia lect. reli-
 quarum *Ed.* *O sed mollior*, est
 dura, partim quoniam *O* ante
 sed videtur redundare, partim
 quia *mollior* plane non potest op-
 poni epitheto *candidior*; *morbo-*
sior autem potest opponi, si ad

colorem faciei luridum, qualis est
 morbosorum cinaedorum, refera-
 tur.

v. 3. Pygmaeo] de quibus vi-
 de Hom. *Iliad.* 3. *init.*

v. 5. braccis] Sic dicitur genus
 vestimenti laxi, tegens maxime
 pudenda, *Medis*, *Indis* et *Scy-*
thiis vsitatum.

v. 6. Mantes] Hoc rescripsi ex
Appendice Virg. pro *Ed. sup.*
Manes, quod nec metrum, nec
 constructio admittit: dicitur au-
 tem *mantare* a veteribus pro *ma-*
nerere, teste Nonno. 10, 9. Conf.
Plant. Pseud. 1. 323. et 49. et
Most. 1, 2. 35. *Gabbema*, *Hadr.*
praeunte, et *Bosch.* ediderunt
Mandes, *Scaligero* praeunte, qui
 vero legi volebat: *Mandes his, vt*
libenter ires; hoc sensu: si istis
 statoribus et circitoribus, qui la-
 tus meum tuentur, mandare vis, te
 libenter ituram, per me licet.
 Equidem tamen putem, sensum
 aptiorem prodire, si *Mantes* ser-
 uemus: *licet per me, vt maneat,*
etsi sis deformis. — *Barth. Adv.*
 24, 8. dicit, vel *Mandes bis li-*
cet,

Nam quamuis videar satis paratus:
 Erucarum opus est decem manipulis,
 Fossas inguinis vt teram, dolemque
 10 Cunni vermiculos scaturientes.

C A R M E N XLVII.

PRIAPVS.

Quicumque vestrum, qui venitis ad coenam,
 Libare nullos sustinet mihi versus:
 Illius vxor, aut amica, riualem
 Lasciuendo languidum, precor, reddat:
 5 Et ipse longa nocte dormiat solus,
 Libidinosus incitatus erucis.

C A R M E N XLVIII.

PRIAPVS.

Quod partem madidam mei videtis,
 Per quam significor Priapus esse:
 Non ros est, mihi crede, nec pruina;
 Sed, quod sponte sua solet remitti,
 5 Cum mens est pathicae memor puellae.

CAR-

cat, vt liberet, ires, legendum,
 vel totum versum expungendum
 esse.

vt libenter ires] His verbis id,
 quod dixerat, restringit: *utinam
 iamam libenter abires!* vt enim
 hoc loco inferuit voto, vt apud
Catull. de Coma Berenicis, vers.
 48.

*Iupiter, vt scilicet omne ge-
 nus pereat.*

v. 7. paratus] eo sensu, quo *Ouid.*
Fall. l. 1, 437.

*At deus obscena nimium quo-
 que parte paratus.*

v. 8. Erucarum] quae herba,
Priapo sacra, habet vim vene-

ris excitandae. Vid. *Moret.*
 85.

*Venerem reuocans eruca mo-
 rantem.*

C. 47. v. 1. ad coenam] in hor-
 tis, vbi *Priapus* erat positus, ce-
 lebrandam.

v. 2. Libare—versus] vti aliis
 diis vinum.

v. 6. Libidinosus] Sic *actius* di-
 cuntur, quia libidinosos faciunt.
 erucis] quas scilicet in coena
 comederat.

C. 48. v. 4. quod—remitti]
 cuiusmodi fuit *Vulcani* *ἀναστασία*,
 dum colluaretur cum *Minerva*
 renitente.

C A R M E N XLIX.

PRIAPVS.

Tu, quicumque vides circa tectoria nostra
 Non nimium casti carmina plena ioci:
 Versibus obscœnis offendi desine; non est
 Mentula subducti nostra supercilii.

C A R M E N L.

AD PRIAPVM.

Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
 Ficosissima me puella ludit,
 Et non dat mihi, nec negat daturam;
 Causasque inuenit vsque differendi.
 Quae si contigerit fruenda nobis:
 Totam cum paribus, Priape, nostris
 Cingemus tibi mentulam coronis.

C A R M E N LI.

PRIAPVS.

Quid hoc negotiũ est? quae suspicer causa,
 Venire in hortum plurimos meum fures,
 Cum, quisquis in nos incidit, luat poenas;
 Et vsque curuos excauetur ad lumbos?

Non

C. 49. v. 1. tectoria] Ita ex Ed. Hadr. Bosch. et Ed. sup. editi, suadente Scaligero, pro *tectoria*, quod habent Edd. vetustiores; nam *tentoria* non sunt intelligenda, sed *parietes templi Priapi*, vt ex c. 1, 10. apparet. Testorium ergo hic dicitur paries, testorio inductus.

v. 4. subducti supercilii] *Propert.* l. 2. *Eleg.* 10, 9. eodem modo dixit:

Non volo subducto grauior praecedere vultu.

C. 50. v. 1. si placet] Sic Catull. ad *Catonem Portium* vers. 6.

*Hunc ego, si placet Dionae,
 Pro telo rigida mea cecidi.*

v. 6. cum paribus] Ita ex coniectura Scaligeri, in Ed. Hadr. et Bosch. recepta, rescripti pro Edd. *al. comparibus*, quod est molestum, quia *coronis* iam additum est adiectiuum; *nostri pares* vero hoc loco sunt, *aequales*. Vide *Par* in *Ind. Petroni*.

- 5 Non ficus hic est praefenda vicinae,
 Vuaeque, quales flaua legit Arete:
 Non mala truncis afferenda Picens,
 Pyrumue, tanto quod periculo captes,
 10 Magisque cera luteum noua prunum,
 Sorbumue, ventres lubricos moraturum.
 Praefigne rami nec mei ferunt morum,
 Nucemue longam, quam vocant auellanam,
 Amygdalumue, flore purpureo fulgens.
 Non brassicarum fero gulosior caules,
 15 Betasue, quantas hortus educat nullus,
 Crescensue semper in suum caput porrum:
 Nec feminosas ad cucurbitas quenquam,
 Ad ocymumque, cucumeresue humi fufos,

Ve-

C. 51. v. 6. Vuaeque] Rectius
 forte Vuaeue, vt paullo post Py-
 rumue.

legit Arete] Hoc rescripsi ex
Ed. Hadr. et Bosch. suadente
Scaligero, et consentientibus, vt
 hic testatur, *Edd. vet.* pro: non
 legit Crete aliarum *Edd.* quia non
 plane est alienum. Nam quales
 indicat, sequi descriptionem vua-
 rum praestantissimarum. Tales
 erant vuae, quas *Arete*, *Alci-
 noi* vxor, ex suis hortis legit,
 i. e. decerpit. Sic c. 68, 2. poma
 legere dicitur.

v. 7. afferenda] i. e. non di-
 gna, quae afferantur, vel infe-
 rantur truncis *Piceni*, regionis
Italiae fertilissimae.

v. 8. periculo] scil. paedicatio-
 nis.

v. 9. Magisque] Malim et hic
Magisue.

v. 11. Praefigne] Hoc restitui
 pro *Praepingue*, quod habet *Ed.*
 sup. cum *Ed. Virg. Lugdun.*
Praefigne vero est idem, quod

insigne. Vid. *Ouid. Fast.* 6,
 628.

v. 12. quam vocant auellanam]
 cuius vnum genus est longum.
Scaliger tamen de hac lectione
 dubitat propter editiones vete-
 res, quarum pars habent: quae
 vocatur alua; pars, quae voca-
 tur alana. Hinc ille legendum
 proponit: quae vocatur *Albana*,
 (*albanae* autem dicuntur *nuces*
Praenestinae) vel quae vocatur
 et *calua*. Prius recepit *Sciop-
 pius*.

v. 14. Non brassicarum] Sic
 rescripti cum *Boschio* et *Hadr.* ex
Ed. vet. quam *Scaliger* comme-
 morat pro *brassicae*, quod habe-
 bat *Ed. sup.* ex aliis; nam me-
 trum admittit et hanc lectionem.

gulosior] pro *aduerbio*, i. e.
 modo delicatesiore.

v. 16. Crescensue semper in
 suum caput] Est enim por-
 ri sectiui haec natura, vt
 crescat in caput suum per aliquod
 tempus; indicat vero, nec suum
 porrum semper crescere.

Venire, credo, sessilesue lactucas:
 Nec vt falaces nocte tollat erucas,
 Mentamque olentem, cum salubribus rutis:
 Acresue cepas, alliumque fibratum.
 Quae cuncta, nostro vt ambiamus in septo,
 Non pauciora proximi ferunt horti.
 Quibus relictis, in mihi laboratum
 Locum venitis, improbissimi fures.
 Nimirum apertam conuolatis ad poenam:
 Et vos hoc ipsum, quod minamur, inuitat.

20

25

C A R M E N LII.

PRIAPVS.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
 Mandato mihi contines ab horto:
 Iam primum stator hic libidinosus,
 Alternis ineundo et exeundo,
 Porta te faciet patientiorem.
 Accedent duo, qui latus tuentur,

5

Pul.

v. 19. credo] Sic reposui ex *Appendice Virg.* consentiente *Bosch.* et *Hadr.* pro *orede Ed.* sup. et *Ed. Virg. Lugdun.* quia suam opinionem de hac re proponit.

sessilesue lactucas] sic dictas, quoniam non in altum surgunt, sed in latitudinem crescunt. Etiam *Mart.* l. 3, ep. 47. 8. commemorat *sessiles lactucas.*

v. 22. fibratum] Ita rectius est editum in *Edd.* recentioribus, praeeunte *Scaligero*, qui illud in *Edd. vet.* *faratum* et *phullatum* latere suspicatur. Nam etiam in *Moreto* 88. *allio* tribuuntur *fibrae:*

Quatuor educit cum spissis allia fibris.

v. 23. ambiamus] Ita rescripsit *Scaliger*, accommodatius ad ve-

terem lect. quam quod reperiebat in excusis:

Quaecunque nostra vt habeamus in septo.

Ambire cuncta in septo, hoc loco est *cingere*, *incluere in septo.* Hanc lect. vidi etiam ab *Hadr.* et *Bosch.* receptam. Sed *Ed.* sup. habebat:

Quae cuncta quamuis nostro habemus in septo.

v. 25. in mihi laboratum locum] in hortos mihi cultos.

v. 26. improbissimi] h. l. dicuntur impudici. Vid. *Improbis in Ind. Petron.*

v. 27. apertam] non dubiam.

C. 52. v. 6. Accedent] Ita recte legitur in *Ed.* sup. et *Appendice Virg.* Male *Ed. Virg. Lugd.* *Bosch.* et *Hadr.* habent *Accedunt*, cum sequatur v. 9. *veniet.*

Pulchre pensilibus peculiati.

Qui cum te male foderint iacentem:

10 Ad partem veniet salax afellus,

Nilo deterius mutoniatus.

Quare, qui sapiet, malum cauebit,

Cum tantum hic sciet esse mentularum.

C A R M E N LIII.

AD PRIAPVM.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo:

Cum capiant alti vix sua musta lacus,

Magnaque foecundis cum messibus area desit,

In Cereris crines vna corona datur.

5 Tu quoque, Diue minor, maiorum exempla secutus,

Quamuis pauca damus, consule poma boni.

C A R M E N LIV.

PRIAPVS.

E, D, si scribas, temonemque insuper addas:

Qui medium D vult scindere, pictus erit.

CAR.

qui latus tuentur] quasi satel-
lites mei.

v. 10. Nilo] Ita scripsi pro *nihilo* Ed. *Bosch. Hadr. et nihil* Ed. *Virg. Lugdun. et al.* nam metrum requirit duas syllabas longas. Eadem *syncope* vsus est *Lucret. 1, 200.*

v. 11. malum cauebit] Hac constructione saepe vsitur *Plaut.* et *Petron.* cuius vide *Ind.*

tantum] i. e. tam multum, mutatum a *Catullo c. 4, 13. Quum tantum sciet esse basiorum.*

C. 53. v. 4. corona] scil.] *spica. Hor. Carm. Sec. 29.*

Fertilis frugum pecorisque talus

Spica donet Cererem corona.

v. 5. Diue minor] *Priape.* maiorum] scil. deorum, *Bacchi et Cereris*

C. 54. v. 1. temonem] lineolam si addas lineolae literae *E* mediae.

v. 2. D vult] Ita in *Ed. Virg. Lugd.* legitur. *Hadr. et al.* edidit: *vult D*; quod perinde est; scilicet ista lineola, quae videtur scindere velle medium *D*, exprimit eam partem, quae videtur soni, qui literae *D* et pronomini *Te* quodammodo est similis, similitudine.

C A R M E N LV.

PRIAPVS.

Crede quis posset, falcem quoque (turpe fateri!)

De digitis fures furrupuisse meis?

Nec mouet amissi tam me iactura, pudorque:

Quam praebent iustos altera tela metus.

Quae si perdidero, patria multabor: et olim

Ille tuus ciuis, Lampface, Gallus ero.

C A R M E N LVI.

PRIAPVS.

Derides quoque fur: et impudicum

Ostendis digitum mihi minanti.

Eheu me miserum! quod ista lignum est,

Quae me terribilem facit videri.

Mandabo domino tamen salaci,

Vt pro me velit irrumare fures.

C A R M E N LVII.

PRIAPVS.

Cornix et caries, vetusque bustum,

Turba et putrida facta seculorum.

Quae forsitan potuisset esse nutrix

Tithoni, Priamique, Nestorisque,

Illis

C. 55. v. 6. Gallus] Luditur huius vocabuli ambiguitate, quod et Galliae incolam, et castratum significat.

ero] Sic Ed. Virg. Lugd. et Append. Virg. nec male. Verum in Ed. Hadr. et Bosch. editum est erit.

C. 56. v. 1. quoque] est minantis, vt etiam apud Petron. cuius Indicem consule.

v. 3. Eheu] Hoc rescripsi ex Appendice Virg. consentiente Bosch. et Hadr. pro Hou heu aliarum Edd.

ista] pars.

v. 4. facit videri] Sic. c. 32. 4. v. 5. domino] scil. huius hor-
ti, adeoque et meo.

C. 57. v. 1. Cornix] anus, cornice annosior.

caries] anus cariota. Sic Afran.

Nemo illa viuit caris cariosior. vetusque bustum] Graeci dicunt senes τομβονέουτας, Apuleius Miles. 4. p. 145. anum ca-
daver busti extremum.

v. 2. Turba - seculorum] anus confecta annorum multitudinae.

- 5 Illis ni pueris, anus fuisset;
 Ne desit sibi, me rogat, fututor.
 Quid? si nunc roget, vt puella fiat?
 [Si nummos tamen haec habet, puella est.]

C A R M E N LVIII.

PRIAPVS.

- Quicunque fur fefellerit fidem nostram,
 Effoeminato marceat procul culo.
 Quaeque haec proterua carpserit manu poma
 Puella, non nullum inueniat fututorem.

C A R M E N LIX.

PRIAPVS.

- Praedictum tibi ne negare possit,
 Si fur veneris, impudicus ibis.

C A R M E N LX.

AD PRIAPVM.

- Si, quot habes versus, tot haberes poma, Priape,
 Eesses antiquo ditior Alcinoo.

C A R M E N LXI.

MALVS.

- Quid frustra quereris, colone, mecum,
 Quod quondam bene fructuosa malus,

Auctu-

v. 5. illis - pueris] cum illi adhuc
 essent pueri.

v. 8. [Si nummos] *Barthius*
Adv. l. 21. c. 10. recte conicit,
 hunc versum esse spurium, par-
 tim quia *Priapo* non conueniunt
 nummi, partim quia totius epi-
 grammatis acumen inest in versu
 superiore, in quo, absurda aliqua
 re per interrogationem proposi-
 ta, poeta, preces absurdas esse,
 indicat.

C. 58. v. 1. fefellerit fidem no-
 stram] i. e. nos, ipsi fidentes.

v. 2. effoeminato] muliebria
 patiente.

procul] a me remotus.

v. 4. non vllum] ex coniectu-
 ra edidi pro *nullum*, quod me-
 trum non admittit. *Scaliger*
 legi volebat: *puella nulli ve-*
niat fututorum, ne stupro lucrum
 mereat; vel *puella nullum inue-*
nerit.

C. 59. v. 2. impudicus] muliebria
 passus.

C. 60. v. 2. Alcinoo] cuius
 horti in prouerbum abierunt.

C. 61. v. 1. Quid] Arbor lo-
 quitur;

Auctumnis sterilis duobus adstem?
 Non me praegrauat, vt putas, senectus:
 Nec fum grandine verberata dura:
 Nec gemmas modo germine exeuntes
 Seri frigoris vstulauit aura:
 Nec venti, pluuiacue, siccitasue.
 Quod de se quererer, malum dederunt.
 Non sturnus mihi, graculusue raptor,
 Aut cornix anus, aut aquosus anser,
 Aut coruus nocuit siticulosus:
 Sed quod carmina pessimi Poëtae
 Ramis sustineo laboriosis.

C A R M E N LXII.

PRIAPVS.

Securi dormite, canes: custodiet hortum
 Cum sibi delecta Sirius Erigone.

C A R M E N LXIII.

PRIAPVS.

Parum est, mihi fixi quod hic miser sedem,
 Agente terra per caniculam rimas,

Siti-

quitur; nec hoc carmen est *Priapeium*.

v. 7. vstulauit] *Virg.* 1. *Georg.* 93. boreae penetrabile frigus adurat.

v. 11. aquosus] aquae amans, ad formam voc. *mulierosus*.

v. 14. Ramis] quorum cortici incisa sunt ista carmina.

laboriosis] hoc onere quasi laborantibus, et fatigatis.

C. 62. v. 1. Securi] Neque hoc est *Priapeium*.

custodiet] Hoc restitui ex *Appendice Virg.* praecunte *Hadr.* et *Bosch.* pro *custodiat* *Ed. Lugd. Virg.* et *al.* quia futurum est

aptius, cum causa indicetur, cur dormire possint canes.

C. 63. v. 1. mihi fixi miser quod hic sedem] Hanc lect. *Ed.* sup. seruaui, quia ea inesse videtur in lect. *Edd. vett.* *Parum est, meam* (vel *mihi*) *miser quod hic fixi sedem*. Certe ista transpositio est faciliior, quam *Scaligeri* emendatio, recepta in *Ed. Hadr.* et *Bosch.*

Parum est, amici, fixerim quod hic sedem;

quae ne probabilis quidem est, quia vers. 4. post *Parum quod*, sequitur *indicatius*. Ego tamen in tanta vocabulorum transponendo-

- Siticolosam sustinens diu aestatem.
 Parumue, quod superfluunt sinus imbres:
 5 Et in capillos grandines cadunt nostros:
 Rigetque dura barba iuncta crystallo.
 Parum, quod, acta sub laboribus luce,
 Parem diebus peruigil traho noctem.
 Huc adde, quod me terribilem deum e fuste
 10 Manus sine arte rusticae dolauerunt,
 Interque cunctos vltimum deos numen,
 Cucurbitarum ligneus vocor custos.
 Accedit istis impudentiae signum,
 Libidinoso tenta pyramis neruo:
 15 Ad hanc puella (paene nomen adieci)
 Solet venire cum suo futurore;

Quo

nendorum necessitate fere malim:

Parum est, quod hic fixi mihi miser sedem.

v. 4. Parumue, quod superfluunt] Haec reposui, suadente *Scaliger*, ex antiquis, quas commemorat, Editionibus, quia sensum commodum admittunt. Nam *superfluunt sinus imbres*, idem est, quod *fluunt super sinus*. Sed *Bosch.* cum *Hadr.* praeunte iam *Ed. Virg. Lugd.* et *Virg. Appendice*, habent:

Parum, quod imi perfluunt sinus imbres.

In *Ed. sup.* vero pro *imi* editum est *imos*, quod et ego malle, si locus emendatione egeret.

v. 6. dura] *Bosch.* suadente, *Heins.* edidit *cruda*; sed *dura* rectius dicitur, *iuncta* quippe *crystallo*.

iuncta] *Heins.* ad *Ouid. Trist.* l. 3. 10. 25. legendum putat, *cruda barba vincta crystallo*.

v. 7. acta sub laboribus] i. e. transacta.

v. 8. Parem -- noctem] aequo molestam.

traho] misere transigo.

v. 9. terribilem] *Barth.* in *Advers.* l. 21. 3. exhibet *toribilem*; nescio, vnde? Verum haec emendatio, metro accommodatior, non spernenda videtur.

deum e fuste] e inferui ex coniectura, quia sensus hoc requirit; dicit enim, *se e fuste deum terribilem esse factum*. At *Scaliger* conicit, olim scriptum fuisse: *fuste terribilem*: vnde efficit: *fuste de rude vilem*.

v. 11. vltimum] Hoc seruavi ex *Ed. sup.* et ex *Ed. Virg. Lugd.* quia superlatiuum videtur requirere formula: *Interque cunctos*. Sed in *Append. Virg. Ed. Hadr.* et *Bosch.* legitur *vl-*

Quo tot figuras, quot Philaenis inuenit,
Non admouente, pruriosa discedit.

C A R M E N LXIV.

PRIAPVS.

Quidam, mollior anseris medulla,
Furatum venit huc amore poenae.
Furetur licet vsque, non videbo.

C A R M E N LXV.

AD PRIAPVM.

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia merfit,
Caeditur a tepida victima porcus hara.
Ne tamen exanimus facias pecus omne, Priape,
Horti sit, facias, ianua clausa tui.

C A R M E N LXVI.

PRIAPVS.

Tu, quae, ne videas notam virilem,
Hinc auerteris, vt decet pudicam:

Nimi-

v. 17. Quo tot figuras — ad-
mouente] Haec reposui, auctore
Heinf. ad *Trist.* l. 2. 418. ex ve-
stigijs *Cod. vetusti Frederici Vbal-*
dini, in quo exhibetur: *Quo tot*
figuras — non admouetis: scil.
Quo referendum est ad *futurorem*.
In *Ed. Virg. Lugd. et Append.*
Virg. editum est:

Quae, tot figuras, quot Philae-
nis enarrat,

Non inuentis:
sed metrum refragatur. *Hadr.* eo-
dem modo edidit, nisi quod pro
Quae tot scripsit: *Quae vt tot*. *Har-*
um Edd. lectiones si et ipsae nite-
rentur *Codd.* auctoritate: equidem
malim seruare ex *Ed. sup.*

Quae, vt tot figuras, quot Phi-
laenis enarrat,

Non inuenit, pruriginosa di-
scedit.

Priap.

Philaenis] quae scripsit libros
περι ποικίλων σχημάτων ἀφροδι-
σίων, vt *Elephantis*, de qua vide
c. 3, 2.

v. 18. Non admouente] ei tot
figuras, vel modos coëundi.

pruriosa] non expleta libidine.
Al. *pruriginosa*.

C. 64. v. 1. medulla] Eadem
comparatione vtitur *Catull.* c. 21.
ad *Thallum*:

Cinaede Thalle, mollior cuni-
culi capillo,
Vel anseris medulla.

v. 3. non videbo] simulabo,
me non videre.

C. 65. v. 3. exanimus facias]
ne tibi immolandum sit omne
pecus.

C

Nimirum, nisi, quod times videre,
Intra viscera habere concupiscis.

C A R M E N LXVII.

PRIAPVS.

PEnelopes primam DIDonis prima sequatur,
Et primam CANi syllaba prima REMi:
Quodque fit ex illis, mihi tu, deprensus in horto,
Fur, dabis: hac poena culpa luenda tua est.

C A R M E N LXVIII.

PRIAPVS.

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
Da veniam: libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Cogor, Homericas edidicique notas.
5 Quod nos psoleon, ille vocat Ψολόεντα κεραυνόν:
Id quod nos culum, κελεόν ille vocat.

Σμερ-

C. 67. v. 3. Quodque fit] scil. paedicare.

C. 68. v. 1. Rusticus] qui rem quamque suo appellat nomine.

v. 2. poma lego] hortorum quippe custos.

v. 4. Cogor Homericas] Hanc coniecturam *Heinsf.* ad *Sabini Ep.* 3. 91. recepi, aptam non solum contextui, sed etiam, reliquis coniecturis, propius accedentem ad literas *Codd.* Nam *Heinsii Codex* alter habebat: *Chorus meracas*, alter: *Carpfi meracas*: vnus *Mediceus*: *Choris meracas*, et *Cod. Romanus* vetustissimus *Corismeracas*. Sed in *Ed. sup.* et *Ed. Virg. Lugd.* exhibebatur: *Constituique meras*; in *Appendice Virg. Constiti Homericas*, in *Ed. Hadr.* et *Bösch. Institi Homericas*, quod et ipsum, si *Codd.* auctoritate firmetur, queat ser-

ri, quia dici possit pro *conatus sum*. Sed haec est mera coniectura *Scaligeri*.

v. 5. Quod nos psoleon — κεραυνόν] Ita hunc versum restitui partim ex coniectura, partim ex *Codd.* veteribus; nam lect. vulgarem, pro qua stat alter *Cod. Heinsii*: *Psoleon ille vocat*, quod nos *Psoleonta vocamus*, vitiosum esse, inde intelligitur, quod *ψωλεόν* apud *Homerum* non occurrit, sed *ψολόεντα*. Necessario ergo verba erant transponenda, vel eo, quem *Gronovius* secutus est, modo: *ille vocat*, quod nos *psoleon*, *ψολόεντα κεραυνόν*; vel eo, qui mihi facilius videbatur, atque etiam accommodatior *Codicum* auctoritati. Neque dubitavi *psoleon* seruare, etsi *ψωλός*, non *psoleos*, vel *psoleon* sit vsitatum apud *Graecos*. Nam ex *ψωλός* facile potu-

Σμερδαλέον certe, nisi res non munda, vocatur, 5
 Et paediconum mentula smerdalea est.

C A R M E N LXIX.

PRIAPVS.

Quid? nisi Taenario placuisset Troica cunno
 Mentula; quod caneret, non habuisset opus.
 Mentula Tantalidae bene si non nata fuisset:
 Nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
 Haec eadem socium tenera spoliavit amica: 5
 Quaeque erat Aeacidae, maluit esse suam.
 Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
 Ad citharam, cithara, tensior ipse, sua.

No-

potuit efformare vita communis
 istorum temporum *psoleon*, praefertim cum non vellet *verpum*, sed *penem* indicare. Sed si quis nolit hoc concedere, is possit, suadente *Heinsio*, *ψωλῶν*, vel *psolen* legere, quod *Graccis* est in usu, et mentulam significat. Reliqua ex *Cod. Heins.* praestantissimo, qui habet quod *psoloenta cheranon*, et quocum conspirat *Mediceus*, in quo est *psoloenta ceranon*, ac *Romanus*, qui exhibet *ceranon*, a me restituta sunt. *Priapus* autem hic alludit ad *Odyss.* l. 24. 538. quem in sensum obscenum detorquet.

v. 6. *κυλεδὼν*] Allusio ad *Il.* 1. 220. vel ad alium versum similem, et more suo *vaginam* obscene interpretatur.

v. 7. *Σμερδαλέον*] Ita edidi pro vulgari *Smerdaleos*, quia *Codd. Heins.* habent *Merdaleon*. Apud *Homerum* hoc vocabulum plerumque significat terribilem adspectu. Sed *Priapus* fingebat, eo rem immundam, forte *merdam*, indicari. Hinc valde arri-det mihi coniectura *Heins.* qui

suspicitur, olim scriptum fuisse: *Σμερδαλέον certe merda huic immunda vocatur*. Solet enim *Priapus* soni similitudine ludere.

C. 69. v. 1. Quid?] Hoc carmen videtur cohaerere cum superiore; pergunt enim *Priapus* de *Homero* loqui. Hinc *Heins.* mauult legere: *Qui*, scil. *Homerus*.

Taenario — cunno] *Helenae, Lacedaemoniensi*; *Taenaros* enim erat *Laconiae* promontorium.

Troica — Mentula] *Paris, Troianus*.

v. 3. Tantalidae] *Agamemnonis*, qui filiam *Chrysaë* sacerdotis captam retinebat.

bene si non nata] Hoc rescripti pro *nota* aliarum *Edd.* quod alienum videtur ab hoc loco; indicari enim videtur pars, a natura praedita viribus, ad venerem idoneis. *Heins.* malebat *tenta*, quod a literis paullo longius recedit.

v. 5. socium] *Achillem*, quem spoliavit *Agamemnon Briseide*.

v. 6. Aeacidae] *Achilli*.

v. 7. Pelethroniam — Ad citharam] i. e. *Thessalicam*; nam

- Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira :
 10 Principium sacri carminis illa fuit.
 Altera materia est error fallentis Vlyſſei ;
 Si verum quaeras : hunc quoque mouit amor.
 Hinc legitur radix , de qua flos aureus exit ;
 Quem cum moly vocat , mentula moly fuit.
 15 Hinc legimus, Circen, Atlantiademque Calypſo
 Grandia Dulichii vaſa petiſſe viri.
 Huius, et Alcinoi mirata eſt filia, membrum
 Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.
 Ad vetulam tamen ille ſuam properabat, et omnis
 20 Mens erat in cunno, Penelopeia, tuo.
 Quae ſic caſta manes, vt iam conuiuia viſas :
 Vtque futurorum ſit tua plena domus.
 E quibus, vt ſcires, quicumque valentior eſſet,
 Haec eſt ad arreſtos verba locuta procos ;

Nemo

Achilles erat Theſſalus: ea vero canebat, cum eum conuenirent legati Agamemnonis. Il. 10, 186.

tenſior] vt *Priapus* tentus et rigidus.

v. 9. ira] Conf. *Iliad.* 1, 1.

v. 11. Altera materia] *Odyſſeae.*

fallentis] verſuti, *δολομήτωρ*, niſi malis *fallacis*, ſuadente *Heinf.* aut *palantis*, *πλανωμένω*, coniciiente *Scioppio.*

v. 13. Hinc] *Heinf.* et hic, et verſ. 15. mauult *Hic*, ſcil. in *Odyſſeae.*

flos aureus] i.e. pulcher, vt *χρυσή ἀφροδίτη* dicitur. Nam *Homerus Od. 10, 305.* dixit *λαττι ſimilem.*

Ρίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ ἔκειλον ἄνθος.

Μῶλυ δὲ μὲν καλέουσι θεοί.

v. 14. moly] radix, quam *Vlyſſes* a *Mercurio* accepit, vt contra *Circen* venena muniretur.

v. 16. Dulichii - viri] *Vlyſſis*, ſic dicti a *Dulichio*, inſula, *Itha-*

cae vicina, cui hic etiam imperabat.

vaſa petiſſe] Hoc reſcripſi ex duobus *Codd.* emendatioribus, quos commemorat *Heinf.* aptiſſimum quippe huic loco. *Aliae Edd.* habent *iuſſa tuliſſe*, pro quo iam *Lipſius* proponebat *vaſa tuliſſe*, quod amplexus eſt *Sciopp.*

v. 17. Alcinoi - filia] *Nauſicaa.*

v. 18. tegi] *Homer. Odyſſ. 6, 129.*

v. 20. Mens erat in cunno -] ſemper in animo habebat vxorem,

v. 21. conuiuia viſas] *Cod. Romanus* veterrimus *Vincenſii Vbadini* habet *conuiuia quaeras*, quod *Heinf.* videbatur rectius, vel *cares.*

v. 22. Vtque] In *Append. Virg.* legitur *Atque.*

v. 23. quicumque] pro quinam.

v. 24. arreſtos] attentos, arriſgentes aures; ſed ambiguitatem captat *Priapus.*

Nemo meo melius neruum tendebat Vlyffe:

25

Siue illi laterum, seu fuit artis opus.

Qui quoniam periit, modo vos intendite: qualem

Esse virum sciero, vir sit vt ille meus.

Hac ego, Penelope, potui tibi lege placere;

Illo sed nondum tempore factus eram.

30

C A R M E N LXX.

PRIAPVS.

Cum fici tibi suauitas subibit,

Et iam porrigere huc manum libebit:

Ad me respice, fur, et aestimato,

Quot pondo tibi mentula est cacanda.

C A R M E N LXXI.

PRIAPVS.

Illusit mihi pauper inquilinus,

Qui libum dederat, molamque fufam,

Quare partibus additis in ignem,

Sacro protinus hinc abit peracto.

Vici-

v. 25. neruum] ambigue dicitur, partim de neruo arcus, partim de parte virili.

v. 26. seu fuit artis opus] *Cod. Rom. et Medicus* satis bonae notae habent: *sive erat artis opus*. Hinc *Heinsf.*

Sive illud laterum, sive erat artis opus.

v. 27. modo vos intendite] *Valdinianus*: vos nunc attendite; tres alii: vos nunc intendite. qualem] pro quem.

v. 28. Esse virum sciero] sentiero, virum esse. vir] maritus.

v. 29. Hac - lege] hac conditione. *Potui* vero ponitur pro *potuissem*.

C. 70. v. 3. Ad me respice] Sic et *Graecanicus Priapus* in Epigrammate: 'Αλλ' ὡς ἐντέταμαι, Φῶρ, ἐμβλεπε.

v. 4. Quot - cacanda] *Barth. Adv.* l. 38, 6. exhibet, nescio, vnde:

Tot pondo tibi mentulam est cacandum.

est] pro *st*, more poetico.

C. 71. v. 2. molamque fufam] Hoc recte rescripserunt Editores recentiores, suadente *Scaligero*, pro *molaque fusa* *Edd. vet.* Nam pauper dicitur *Priapo* dedisse libum et molam fufam, *ἄλοχίτας*, i. e. far tostum cum sale, in sa-

C 3

crifi-

- 5 Vicini canis huc subinde venit,
 Nidorem, puto, profecuta fumi:
 Quae, libamine mentulae comeso,
 Tota nocte mihi litat rigendo.
 At vos amplius hoc loco cauete
- 10 Quicquam ponere, ne famelicorum
 Ad me turba velit canum venire:
 Ne, dum me colitis, meumque numerum,
 Custodes habeatis irrumatos.

C A R M E N LXXII.

PRIAPVS.

Si commissa meae carpes pomaria curae,
 Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

C A R M E N LXXIII.

AD PRIAPVVM.

Cura, Priape diligens, pomarium,
 Furi rubricato minare mutonio,

CAR.

crificiis vfitatum. [vid. *Aen.* 1. 2, 133.

v. 3. partibus] quae profecta, vel proficia dicebantur *Quid.* 5. *Fast.* 163.

v. 5. canis] *Femin.* pro masc. ponitur; nam sermo est de cane masculino, vt ex voc. *rigendo* patet.

v. 13. Custodes] ne cogar canes, vestros custodes, irrumare, vti fures. c. 35.

C. 72. v. 2. quid doleam] cur, vel quantopere doleam, dulcia perdere?

doctus eris] tu disces, a me paedicator.

C. 73. v. 2. minare mutonio] Hoc rescripsi ex mera coniectura pro *mutino*; quod metrum non admittit, quia *mutini*, seu *moe-tini*, secunda syllaba producitur,

vt *Scaliger* colligit ex his *Lucilii* versibus:

Nam quid moestino, subiectoque
 est opu' signo,

Vt lurcaretur lardum, et car-
 naria fartim

Patrum conficeret.

Mutonium autem; quod occurrit in veteri glossario, dicitur significare *fascinum*, vel *puendum*, adeoque duci debet ab *mutone*; cuius syllabam primam posse corripri, docet c. 52, 10. et *Mart.* 3, 73. l. 11, 64, 2. Certe haec mutatio est facilius, quam *Scaligeri* emendatio, recepta in *Ed. Hadr. Bosch.* et *Ed. sup.*

*Pomarum tutela diligens, ru-
 bro.*

*Priape, furibus minare mu-
 tino.*

C A R M E N. LXXIV.

PRIAPVS.

Quod mouear, non est: quia, si furaberis ipse
Grandia mala, tibi braccica mala dabo,

C A R M E N LXXV.

PRIAPVS.

Obliquis, Pathicae, quid me spectatis ocellis?
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quae tamen exanimis nunc est, et inutile lignum:
Vtilis haec, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediasque puellas
Mentula: barbatis non nisi summa petet,

CAR.

C. 74. v. 2. braccica mala] Hoc seruauit ex *Edd. vet.* in quibus hoc inesse, testatur *Sciopp.* neque aliud quid in *Lugd. lect. brachia mala* latere videtur. Exhibet vero haec *lect.* sensum, huic loco aptum; nam series orationis requirit, vt *Priapus* mala horti grandia furanti minetur mala, quae apud *Virgil. Eclog. 3, 64.* et *Theocr. Id. 6, 6.* lasciuia *Galathea*, apud *Theocritum Id. 5, 88.* *Clearissa*, sibi uoluerunt, cum pastorem malo peterent. Vnde *μυλοβολῆν* dicitur pro *ad venerem alligere*. Haec vero mala ridicule dixit *braccica*, quia a *Gallis*, etiam ab *Indis*, (vid. 46, 5.) tegebantur braccis. In *Append. Virg. Ed. Bosch, et Hadr.* exhibetur *μακρὰ βραχέα*. Sed iam *Scaliger* obseruauit, vsum linguae requirere *βραχέα*, adeoque potius: *Μακρὰ δαδο βραχέα*, scribendum esse, quod probat *Gabbeima* in nota; verum ille, cui ne hoc quidem placet, proponit: *baccica macra*, quia mala *Bacchi*, vel *μηλα διόνυσου*, videntur

esse genus minorum malorum, quibus putabant ad venerem posse aliquem pellici. *Sciopp.* qui legit *braccica mala*, ait, quosdam legere *mala βραχέα*.

C. 75. v. 3. exanimis] Ianguida, et quasi mortua.

v. 4. aram] *Sciopp.* mauult *arae*, vt hic sensus sit: vtilis erit, si eam in aram vtilendam dederitis. Sed ne hoc quidem ipsi satisfacit: equidem malim *aruum*; notum vero est *genitale aruum* ex *Virg. Georg. 3, 136.*

dederitis] Hic possit legi: *si dederit quis*: non enim tantum sermo hic est de puellis, vt versus sequentes docent.

v. 5. Per medios] Hi duo versus in *Ed. Di S. S.* in *Hadr.* et *Bosch.* peculiare carmen efficiunt. Rectius vero in *Ed. Lugd. Append. Virg.* et *Ed. sup.* cum superioribus iunguntur, quia, quam variam vtilitatem habitura sit haec pars, in iis exponitur.

medios] *Conf. 12, 1. 21, 2.*

v. 6. summa] *Conf. 27, 5.*

C A R M E N LXXVI.

AD PRIAPVM.

- Dodona est tibi, Iupiter, sacrata:
 Iunoni Samos, et Mycena: Diti
 Vndae et Taenaros aequorisque Regi.
 Pallas Cecropias tuetur arces:
 5 Delphos Pythius orbis vmbilicum:
 Creten Delia, Cynthiosque colles:
 Faunus Moenalon, Arcadumque filuas.
 Est tutela Rhodos beata Solis:
 Gades Herculis, humidumque Tibur.
 10 Cyllene celeri deo niuosa:
 Tardo gratior aestuosa Lemnos,
 Ennaeae Cererem nurus frequentant;

Raptam

C. 76. v. 1. Dodona] vrbs *Chaoniae*, regionis *Epiri*, cui adiacebat nemus, *Ioui* sacrum, vbi *Iouis Dodonaei* templum fuisse dicitur, et in eo oraculum.

v. 2. Iunoni Samos] Conferri meretur *Sidonii Apollinaris* in *Panegyrica ad Priscum Valerianum* locus:

Non diuos specialibus fauentes

Agris, vrbibus, insulisque canto.

Saturnum Latio, Iouemque Cretae,

Iunonemque Samo.

et Mycena:] Ita distinxit, suadente *Lindenbrogio*, quia *Samos* et *Mycena* atque *Sparta*, *Graeciae* ciuitates, *Iunoni* sacratae dicuntur. *Taenarum* vero *Plutoni* dicatum esse, constat ex *Virg. Georg. 4. 467.* vbi *Taenariae fau-tes alta officia Ditis* dicuntur.

v. 3. Vndae et Taenaros] Inserui et ex coniectura necessaria, et arbitror, hoc esse *de duobus*.

aequorisque Regi] *Neptuno*, cui in isto promontorio erat templum dedicatum.

v. 4. Cecropias — arces] *Athenas*.

v. 5. Pythius] *Apollo*. orbis vmbilicum] Sic dicuntur *Delphi*, quia fabulantur, *Iouem* duabus aquilis, quarum alteram ab oriente, alteram ab occidente, pari velocitate emiserat, *Delphis* conuenientibus, intellexisse, hunc esse medium terrae locum.

v. 6. Delia] *Diana*.

v. 8. tutela] i. e. vrbs, tutelae *Solis* mandata; rara significatio.

Rhodos] *Sidonius: Rhodoque Solem*.

v. 9. Tibur] *Propert. 2, 32. 5. Curae te in Herculeum deportant effeda, Tibur*.

v. 10. celeri deo] *Mercurio*.

v. 11. Tardo] *Vulcano*, quem *Catullus 33, 7. tardipedem* vocat, claudicantem quippe.

v. 12. Ennaeae] In *Ed. Virg. Lugd.* legitur *Aetnaeae*, sed reliquarum *Edd.* lectio est melior. Nam *Enna* erat vrbs *Siciliae*, vbi *Ceres* habebat templum.

frequentant] frequentes adeunt ad eam colendam.

Raptam Cyzicos ostreosa Diuam:
Formosam Venerem Gnidos, Paphosque:
Mortales tibi Lampfacum dicarunt.

15

C A R M E N LXXVII.

PRIAPVS.

Quod sim iam fenior, meumque canis
Cum barba caput albicet capillis:
Deprenfos ego perforare possum
Tithonum, Priamumque, Nestoremque.

Immanem stomachum mihi videtis,
Qui densam facitis subinde sepem:
Et fures prohibetis huc adire.

5

Hoc est laedere, dum iuuatis; hoc est
Non admittere ad aucupem volucres.

Obstructa est via: nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.

10

Ergo qui prius vsque et vsque et vsque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot, diesque cesso.

Poenas do quoque, quod fatis superque est,
In semenque abeo: salaxque quondam

15

Non vitam perago, quis hoc putaret,
Vt lusu citharaedus abstineret?

At

v. 13. Raptam - Diuam] *Proserpinam*, a *Plutone* raptam; quae in *Cyzico*, insula, maxime colebatur.

v. 15. tibi] *Priape*. *Sidonius*: *Lampfacus Priapum*.

C. 77. v. 2. albicet] Ita edidi pro *Ed.* sup. et *Ed. Virg. Lugd. albicat*, quia id necessario requiritur, si *sim* v. 1. est vera lectio. Hoc tamen in dubitationem vocari possit, quia etiam supra c. 5. *Quod*, pro *quamquam* positum, regit indicatiuum.

v. 5. stomachum] iram.

v. 10. iacenti] prostrato furi.

v. 12. vsque -- et vsque] continue.

v. 13. scindere] *Conf.* c. 54, 2.

v. 17. Non vitam perago] scilicet salacem; est graecismus. *Aristophanes* enim in *Vespis* 1019. dicit: ὅκ ἐντελέσασθαι Φησὶν ἐπαρθεὶς, pro *Φησὶν ἢ τελέως ἐπαρθεῖν*.

v. 18. Vt-abstineret] *Prouerbum*, quo indicatur, vix fieri posse, vt aliquis a vitae suae ratione

At vos, ne peream situ fenili,
 20 Quaeſo, deſinite eſſe diligentes,
 21 Neue imponite fibulam Priapo.

C A R M E N LXXVIII.

PRIAPVS.

At dî, deaeque dentibus tuis eſcas
 Negent amicas, cunnilinge vicine:
 Per quem puella fortis ante, nec mendax,
 Et quae ſolebat impigro celer paſſu
 5 Ad nos venire: nunc miſella Landace
 Vix poſſe iurat ambulare prae foſſis.

C A R M E N LXXIX.

AD PRIAPVM.

Priape, quod ſis faſcino grauis tento;
 Quod exprobatuit hic tibi ſuo verſu
 Poëta noſter: erubere hoc noli.
 Non es Poëta farcinofior noſtro.

CAR.

tione recedat. Ceterum *Scaliger* putat, *abſtinerem* eſſe melius: quo recepto, prouerbium ad ſe referret.

v. 21. fibulam] Formula prouerbialis; eadem uſus eſt *Tertull.* in *Monog.* *Cur non potuerit — idem ſpiritus — iam fibulam carni imponere?* Sic *Seneca*, referente *Lactantio* l. i. c. 16. *Quid ergo eſt, quare apud poëtas ſalaciſſimus Iupiter deſerit liberos tollere? Vtrum ſexagenarius ſatius eſt, et illi lex *Papia*, (quae ſcil. cauerat, ne mulier 50 annis minor ſexagenario nuberet) fibulam impoſuit?* Alluditur uero hic ad morem inſibulandi citharoeodos, de quo conſule *Mart.* l. 11. *Ep.* 76.

C. 78. v. 1. At] Quid? ſi legatur. *Ab.*

v. 3. nec mendax] quae *Priapo* fidem datam ſeruabat, cum eius pondus tolerare promiſiſſet.

v. 5. Landace] *Scaliger* legi vult *Labdace*, putatque, hoc nomen ei impoſitum a *labda*, litera prima uerbi *λαίχεν* vel *λεſβίαζεν*.

v. 6. Vix poſſe] ſcil. *ſe*. Conf. in *Append. Ind. Petron. Ellipſes*. prae foſſis] prae laxitate: Conf. c. 16, 3. 31, 3.

C. 79. v. 4. farcinofior] Ita in *Ed. ſup.* non male editum eſt, conſentiente *Ed. Virg. Lugd.* Sed in *Append. Virg. Ed. Hadr.* et *Boſch.* legitur *faſcinoſior*, quod non minus eſt aptum, atque *Scaliger* praeſerebat; prius tamen uerba, *Faſcino grauis*, melius uideatur exprimere,

C A R M E N LXXX.

AD PRIAPVM-

Vt non longa satis, non stat bene mentula crassa,
 Et, quam si tractes, crescere posse putes.
 Me miserum! cupidas fallit mensura puellas:
 Non habet haec aliud mentula maius ea.
 Vtilior Tydeus: qui, si quid credis Homero,
 Ingenio pugnax, corpore parvus erat.
 Sed potuit damno nobis novitasque pudorque
 Esse, repellendus saepius iste mihi.

5

C A R M E N LXXXI.

AD PRIAPVM.

Dum viuis, sperare decet: tu, rustice custos,
 Huc ades, et neruis, tente Priape, faue.

C A R M E N LXXXII.

AD PRIAPVM.

Villicus aerarî quondam, nunc cultor agelli,
 Haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.

Pro

C. 80. v. 1. Vt] Hoc rescripsi ex Edd. antiquis, quas legere testatur Scaliger:

Vt non longa satis bene non stat mentula crassa.

Nam At vix potest admitti, nisi sumas, aliquid deesse. Vt vero inferuit exclamationi. Possit etiam, auctore Barthio, in Adv. At substitui.

v. 3. fallit mensura] non videtur eius magnitudinem praenimia cupiditate.

v. 4. ea] Ita pro eo Edd. aliarum, suadente Barthio, rescripsi: ea nimirum ad mensura est referendum. Sed ne sic quidem satis emendatus videtur hic versus. Hinc idem vir doctus proponit:

Non habet haec aliud mentula ius? habeo;

vel:

Non habet haec aliud mentula? Maius ego.

vel:

Non habet haec aliud mentula maius? ego;

quae postrema emendatio ipsi maxime probatur.

C. 81. v. 1. Dum viuis] Hoc iam editum est in Satyr. Petronii, c. 31, 4. nec per se satis potest intelligi.

decet] Al. licet.

C. 82. v. 1. Villicus] Hoc epigramma in antiquis Tibulli Codd. reperiri, plures admonuerunt, idque confirmat Scaliger, optima

- Pro quibus officiis, si fas est, Sancte, pacifcor,
 Assiduus custos ruris vt esse velis.
 5 Improbis vt si quis nostrum violarit agellum;
 Hunc tu. sed taceo; scis, puto, quod sequitur.

C A R M E N LXXXIII.

ALBII TIBULLI AD PRIAPVM DE INERTIA
 INGVINIS.

Quid hoc noui est? quid ira nunciat deum?
 Silente nocte, candidus mihi puer
 Tepente cum iaceret abditus sinu,
 Venus fuit quieta: nec viriliter

In-

optimae schedae, quam inspexit, auctoritate. Sed illud, ab antiquo lapide *Patani* descriptum, a *Tibullo* non esse profectum, *Broukhufius* docet. Primus versus vario editur modo, in quibusdam enim, teste *Scaligero*, legitur:

*Rusticus aerari quondam, nunc
 rusticus horti;*

in aliis, v. c. in *Ed. Virg. Lugd.* et *Appendice Virg.* equidem vidi exhibitum:

*Aerari quondam custos, nunc
 cultor agelli;*

quae lectio non est spernenda. Ego tamen praeterea eam, quam etiam *Scaliger* optimam dicit, et quam expressam vidi in *Ed. sup.* aliis recentioribus *Priapeitorum Edd.* atque adeo in *Ed. Catulli, Tibulli, Propertii* etc. quae 1592 *Basileae* in officina *Henrico-Petrina* prodiit. *Villicus aerarii* dicitur pro praefecto aerarii; nam olim hoc vocabulo non solum praefectum villae indicatum esse, docent lapides, in quibus *villicus alimentorum* dicitur. Iam hic significatus quia est paulo rarior, facile aliquis potuit substituere *Aerari custos.*

v. 2. *Perspectus*] Hoc est nomen eius, quia ex dispensatore agri cultor factus erat.

v. 3. si fas est] scil. hominem cum deo pacisci.

Sancte] *Conf. 82, 3.*

v. 6. Hunc tu] scil. perfora. sed taceo] Hanc lect. non solum reperi in *Edd. recentioribus*, sed etiam in *Appendice Virg.* et in *Ed. Henrico-Petrina*. In *Ed. sup.* et aliis quibusdam legitur: *sed tento*; quod non esset spernendum, nisi is, qui hic loquitur, omnia verba obscoena euitasse videretur. *Barth.* malit *sex tento*, scil. vicibus.

C. 83. *Tibulli*] Hoc epigramma non solum in *Edd. veteribus Tibulli* nomine editur; sed etiam, teste *Scaligero*, in membrana veteri *Cuiacii* reperiebatur. Hinc ei vulgo tribuitur. *Doufa P.* tamen, illud *Catulli* ingenium spirare, arbitratur.

v. 1. ira-deum] *Conf. Petron. 104, 4, 2.*

v. 2. Silente nocte] *Virg. Aen. 2, 255.*

*Tacitae per amica silentia lu-
 nae.*

Iners fenile penis extulit caput.

Placet, Priape? qui sub arboris coma

Soles, sacrum reuincte pampino caput,

Ruber federe cum rubente fascino.

At, ô Triphalle, saepe floribus nouis

Tuas sine arte deligauimus comas:

Abegimusque voce saepe, cum tibi

Senexue coruus, impigerue graculus

Sacrum feriret ore corneo caput.

Vale, Priape! debeo tibi nihil.

Vale, nefande destitutor inguinum!

Iacebis inter arua pallidus situ,

Canisque saeua fusque minget, aut tibi

Lutosus affricabit oblitum latus.

See-

v. 6. Placet, Priape?] At poteram hoc a te expeotare, qui ames omnia alia, atque a me cultus sis? Inferuit haec formula expositulationibus. Sic *Thais Terentiana*; *Eun.* 5. 2, 12. deprehensum *Chaeream* obiurgat:

Satis hoc tibi placet?

v. 7. sacrum reuincte] Hocrescripti ex *Ed. Tibull. Henrico-Petrina*, *Appendice Virg. Ed. Hadr.* et *Bosch.* pro *Ed. sup. soles reuincte sacrum*, quod metrum respuit, requirens quippe *Iambum* in quarta regione. Lectio vero *Ed. Virg. Lugd. Soles reuinctus*, videtur esse coniectura, orta inde, quod constructio lect. vulg. videbatur paullo insolentior. Sed eadem *Tibullus* l. 1, 7. 53. vsus est

Huc venias, hodierno, tibi dum thuris honores,

Libaque Mopsopio dulcia melle feram.

Nam *hodiernus* dici debebat. Etiam *Prop.* 1, 18. 11. pro *leuem* dixit *leuis*;

Sic mihi te referas leuis.

v. 9. At, ô Triphalle] Hoc re-

scripsi, suadente *Scaligero*, pro *Ed. sup.* et al. *At ô Priape*, quia vir doctus in optima illa *scheda*, ego in *Henrico-Petr.* *At ô Triphalle* reperi. *Τριφαλλος* autem, vt *Ἰριφαλλος* est cognomen *Priapi*.

v. 10. Tuas] *Bosch.* edidit *suas*, suadente *Heinsio*.

v. 11. Abegimus] Ne *Priapum* inquinarent, quod interdum factum esse, nos docet ipse deus. *Hor. l. 1. Sat. 8, 37.* vbi sibi imprecatur haec:

merdisque coinquiner albis Cornuorum.

v. 13. ore corneo] rostro.

v. 16. pallidus situ] Ita rescripti, praeunte *Bosch.* et *Hadr.* ex *Scaligeri* membrana, et *Ed. Henrico-Petr.* quia etiam *pallor* pro *squalore*, vel *carie*, dicitur, vt ex *Lucillio* apparet:

Pallor, tineae omnia caedunt.

v. 17. suaeva fusque minget] Ita hunc locum emendaui, quia haec lectio, apta contextui, commode potest elici ex *Edd. vetust.* et *Codd.* variis lectionibus. Nam priora

20 Sceleste penis, Ô meum malum graue!
 Graui, piaque lege noxiam lues,
 Licet querare: nec tibi tener puer
 Patebit vllus: ingemente qui toro
 Iuuante verfet arte mobilem natem.

Puella

priora quidem verba infunt in optimi, quem *Scaliger* habuit, *Coddicis* his verbis:

Canisque saenas vsque ligneo tibi,

vnde vir doctus efficiebat:

Canisque saena, susque ligneo tibi.

Neque multo aliter legitur in *Ed. Tib. Henrico-Petr.*

Canisque scaena, susque ligneo tibi.

Vltima verba, leuissima mutatione admiffa, possunt erui ex *Codd.* mediae vetustatis, quos eidem *Scaligero Pithoeus* commodauit, hac lectione:

Canisue saenus vsque imminget, aut tibi.

Quae verba deprauata esse, metrum docet; regioni quartae iam-bum assignans, quam ob cauffam *Scaliger* emendabat:

Canisue saenus vsque minget, aut tibi;

quam lectionem edidit *Hadr.* et *Bosch.* sed in *Ed. Virg. Lugd.* exhibitum est:

Canesque foedas; vsque ligneo tibi.

In *Ed.* sup. verba ita erant concinnata:

Canisque foedus vsque imminget, aut tibi;

sed metrum repugnat.

v. 18. Lutofus-latus] Ita rescripsi ex optimo *Scaligeri Cod.* et *Ed. Henr. Petr.* quia est satis conueniens huic loco. Dicitur nimirum sus non solum, vt canis, mingere in *Priapum*, abiectum in agros, sed etiam, cum

est lutofus, ei *affricare latus oblitum*. At in *Codd.* mediae vetustatis *Scaliger* reperiēbat hanc leſt:

Fricabit oblitum latus aper lutofus;

ex quo versu deprauato ille hunc effingebat:

Aper fricabit oblitum latus luto.

Atque sic edidit *Bosch.* cum *Hadr.* Sed in *Ed.* sup. vt in *Appendice Virg.* legebatur: *Lutofa sus fricabit oblitum iatus*. Ceterum hoc genus ignominiae statuis abieſtis accidere solitum esse, ipse *Priapus* nos docet. *Hor.* l. i. *Sat.* 8, 38.

v. 19. Sceleste penis] In *Ed. Lugd.* legitur: *At, ô sceleste!*

o-graue] Hanc leſt. *Ed.* sup. seruaui, quia ea in *Cod. Pithoei*, et *Ed. Henr. Petr.* exhibetur; et sensum commodum admittit, si referatur ad penem scelestum, graue ipsi malum, vel fons grauis mali. In *Ed. Bosch. Hadr. Append. Virg. Ed. Virg. Lugd.* et *al.* legitur:

o cui meum malum.

v. 20. Graui-lues] Hic versu deest in *Cod. Pithoei*, et in *Append. Virg.* legitur autem in *Scaligeri Cod.* optimo, in *Ed. Henr. Petrina, Ed. Virg. Lugd.* et aliis.

noxiam] i. e. peccatum, in me commissum, cum me destitueres.

lues] poena subeunda, quae iam annunciat.

v. 22. Patebit-ingemente] In *Append. Virg.* legitur: *Parabit vllus*

Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, apprimetue lubricum femur.

25

Bidens amica Romuli fenis memor

Paratur: inter atra cuius inguina

Latet iacente pantice abditus specus;

Vagaque pelle, tectus annuo gelu,

Araneofus obsidet fores situs.

30

Tibi haec paratur: vt tuum ter et quater

Voret profunda fossa lubricum caput.

Li-

villus: imminente. Etiam *Ed. Tibull. Henr. Petr.* habet *imminente*, sed *patebit*. *Parebit* mihi aridet, etsi non nego, *patebit* esse obscenus.

v. 25. lubricum femur] Hoc rescripti, raeuntibus *Hadr.* et *Bosch.* pro *Ed.* sup. aliarumque, etiam *Ed. Henr. Petrin.* lectione *lucidum*, quia in *Pithoi* schedis, teste *Scaligero*, legebatur *lubricum*, idque etiam aptius est. Nam idem est, quod graec. λαῖον, atque etiam *Hor. Od.* 1, 19. 8. dixit: *Et vultus nimium lubricus adspici.*

v. 26. Bidens] quae duos tantum dentes superstites habet, vt ea, quae c. 11, 9. describitur.

v. 27. Paratur] in *Append. Virg.* legitur *Pallatur*.

v. 28. Latet - specus] Hunc versum ex optima *Scaligeri* membrana, vbi vero *specu* vitiose legebatur, et ex *Ed. Henrico Petrin.* quae habet *specus*, restitui, quia necessario requiritur verbum, et nominatiuus ad explendam sententiam, quae inchoatur verbis: *inter atra cuius inguina.*

iacente pantice] Etsi de significato *panticis* non satis constat, id tamen ex locis, vbi occurrit, (v. c. *Mart.* 6. 64. 19.

Quid cum panticibus laxis et cum pede grandi,
Plaut. Pseudol. 1, 2. 51. etc.) col-

ligi potest, *ventrem*, vel *intestina*, sic dici; hic equidem putem, describi intestina prolapsa *inter inguina*, i. e. inter latera regionis pudendae, quae etiam intelligenda sunt apud *Cels.* 7, 20. *Intestina a scroto repulsa inguinibus immorantur.*

v. 29. Vagaque] Ita, suadente *Scalig.* et praeuntibus *Hadr.* et *Bosch.* pro *Ed.* sup. et *al. Vacuaque* rescripti; idque etiam reperi in *Ed. Henrico-Petrina.* Videtur vero *vaga pellis* hic dici laxa, huc et illuc sese mouens. Neque apparet, quid *vacua pellis* sit.

annuo] Hoc voc. ex *Ed.* sup. seruauit, quamquam in *Ed. Hadr. Bosch.* atque *Append. Virg.* legitur *inguinum*. Nam haec lectio est elegantissima, quia *gelu annuum*, vel per totum annum durans, vti proprie altissimis montibus, ita tropice mulieri plane frigidae potest tribui; atque voc. *inguinum* sapit glossam; praeterea etiam optimus *Scaligeri Codex*, et *Ed. Henrico-Petrina*, annuo exhibent.

v. 30. Araneofus] Eadem metaphora vtitur *Catullus* ad *Thalium* 21, 3.

Vel pene languido senis, situate araneoso.

v. 31. et quater] In *Virg. Append.* et *Ed. Tibull. Henrico-Petrina*

- Licebit aeger, angue lentior, cubes.
 Tereris vsque, donec, ah miser, miser!
- 35 Triplexque quadruplexque compleas specum.
 Superbia ista proderit nihil: simul
 Vagum sonante merferis caput luto.
 Quid est iners? pigetne lentitudinis?
 Licebit hoc inultus auferas semel.
- 40 Sed ille cum redibit aureus puer:
 Simul sonanti senseris iter pede,
 Repente nervos excitet libidine,
 Et inquietus inguina arrigat tumor.
 Neque incitare cesset, vsque dum mihi
- 45 Venus iocosa molle ruperit latus.

CAR-

trina reperitur aut *quater*. Sed prius poeta dignius videtur.

v. 33. aeger, angue lentior] Hoc pro *Ed. sup.* aliarumque: *aeger aut languentior*, quod vel comparatiuus positiuo additus suspensum reddit, restitui, quia haec coniectura *Scaligeri* elegantissima, quae viro docto vltro in mentem venerat, confirmatur optimo eiusdem *Codice*, et *Ed. Henrico-Petrina*; *lentus* vero hoc loco est *flexibilis*, vt *lentum vimen. Petron.* 134, 9. dixit: *torum habes in aqua, non inguina*. Nec inepte ista pars lenta comparatur cum *angue*, nam iam *Aristophanes* dixit ὄφιν hoc sensu in *Concionatricibus* 904.

Καὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὐροῖς.

v. 35. Triplexque] Hoc rescripti ex *Ed. Tibull. Henrico-Petrina*, *Ed. Virg. Lugd. Append. Virg. Ed. Hadr. et Bosch.* pro *Triplex quadruplexque Ed. sup.* et *al.* nam metrum hoc requirit; neque ista repetitio copulae poetis est infrequens.

v. 36. simul] i. e. simulac.

v. 41. senseris] Quia vltimam syllabam vix licet producere, pos-

sit conici, olim lectum esse *sensitias*.

v. 42. Repente - libidine] Si vera sit haec lect. equidem putem, ex versu sequente intelligi debere, *tumor inquietus excitet nervos*. Nam sumere cum *Scaligero*, *nervos* per archaismum pro *nervus*, et *excitet* pro *excitatur*, poni, est paullo durius. Optimus *Cod. Scaligeri* offert nobis lect. elegantem:

Rigente nervus excubet libidine.

Neque contemnenda est ea, quae in *Ed. Tib. Henr. Petr.* exhibetur:

Repente nervus excitet libidine.

quam esse *Iani Doussae*, testatur *Sciopp.*

v. 44. Neque incitare cesset] Hanc lect. reposui, quia, eam optimum istum *Cod.* et *Edd.* nonnullas habere, testis est *Scaliger*; eandem ipse reperi in *Ed. Henr. Petr.* in *Ed. Virg. Lugd.* vidique etiam in *Ed. Hadr.* et *Bosch.* receptam. Sed in *App. Virg.* reperitur: *Neque mutare possit*; repugnante metro. In *Ed. sup.* exhibeba-

C A R M E N LXXXIV.

M. VALERIVS MARTIALIS

AD PRIAPVM.

Non horti, neque palmitis beati,
Sed rari nemoris, Priape, custos,
Ex quo natus es, et potes renasci;
Furaces, moneo, manus repellas,
Et siluam domini focus referues.
Si defecerit haec, et ipse lignum es.

5

C A R M E N LXXXV.

PRIAPVS.

Vere rosa, auctumno pomis, aestate frequentor
Spicis: vna mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo: et vereor, ne ligneus ignem
Hac deus ignaris praebat agricolis.

CAR.

hibebatur: Neque hinnitare cef-
set, quod etiam inueni in *Ed. a*
Di S. S. curata.

v. 45. ruperit latus] i. e. lan-
guidum reddiderit.

C. 84. v. 1. Non horti] Hoc
carmen deest in *Edd. vet.* huc
translatum a *Scioppio*. *Priapi*
autem non solum in hortis, sed
et in vineis silisque ponebantur.

v. 2. rari] i. e. in quo non
densae sunt arbores.

v. 3. et potes renasci] Ergo
hic *Priapus* est truncus non ex-
stirpatus.

v. 4. manus] furum.

v. 6. lignum es] quod com-
buram.

C. 85. v. 1. frequentor] color
saepius, vel a frequentibus.

v. 2. Spicis] vti *Ceres*. Hinc
Priap.

Columella, de *eruca*, eum dicit
frugiferum:

*Et quae frugifero seritur vici-
na Priapo.*

pestis] perniciēs. *Virg.* 3.
Georg. 419.

v. 3. ignem] *Scaliger* manult
igne pro igni, nescio, cur? nam
ignem praebere, est h. l. materiam
ignis suppeditare.

v. 4. Hac] scil. hieme. *Antoni-
us de Roog* malit *Hic*.

ignaris] imprudentibus, et
nescientibus, me *Priapum* esse.
Sed *Antonius de Roog* in *Spici-
leg. crit.* p. 132. proponit: *ignā-
vis*, h. e. frigore torpentibus.
Certe *ignaua hiems* dicitur *Virg.*
Georg. 1, 299. et *apes pigrae fri-
gore*, *Georg.* 4, 259. Hinc mihi
haec emendatio aridet.

D

C A R M E N LXXXVI.

C. VALERII CATULLI

PRIAPVS.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
 Ego arida, ô viator, ecce! populus,
 Agellulum hunc, sinistra, tute quem vides,
 Herique villulam, hortulumque pauperis,
 5 Tuor: malasque furis arceo manus.
 Mihi corolla picta vere ponitur:
 Mihi rubens arista sole feruido:
 Mihi virente dulcis vua pampino:
 Mihique glauca duro oliua frigore.
 10 Meis capella delicata pascuis,
 In vrbeim adulta lacte portat vbera.
 Meisque pinguis agnus ex ouilibus
 Grauem domum remittit aere dexteram.
 Tenerque, matre iugiente, vaccula

Deum

C. 86. Esse hoc carmen *Catulli*, iam ante *Scaligerum* monuerunt viri docti; quibus hic etiam assentitur. Etiam in *Ed. Henrico-Petrina Catulli, Tibulli, Propertii et Cornelii Galli*, hoc et sequens carmen exhibetur.

v. 3. sinistra] ad sinistram sita; sed haec est *hypallage*, pro *ad sinistram situm*, scil. *agellulum*.

v. 5. Tuor] antiqua forma huius verbi, valde vsitata *Lucretio*. Habet quidem *Ed. Virg. Lugd. tueor*; sed cum hoc carmen constet iambis puris, *tuor* recte est praelatum; exhibetur etiam in *Ed. Henrico-Petrina*.

malasque-manus] i. e. furaces. Sic *Tibull.* l. 3, 5. 20.

Et modo nata mala vellere poema manu.

v. 6. picta] varii coloris floribus constans.

v. 9. Mihique glauca] Sic rescripsi ex *Ed. Henr. Petr. et Append. Virg. praeceunte Hadr. et Bosch. pro Ed. sup. Ed. Lugdun. et al. Mihi glauca cocta duro oliua*, quae lect. in carmine, puris iambis composito, non habet locum.

v. 10. delicata] Ita *Catullus ad Coloniae.* 16, 15.

Puella tenellius delicatior haedo.

v. 11. adulta] magna et turgentia.

v. 13. grauem-dexteram] Sic *Virg. Eclog.* 1, 36.

Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibit.

Etiam *Graeci* χαλκόν pro pecunia accipiunt.

v. 14. Tenerque] Recte sic editur in plerisque, etsi ad *vaccula* referendum est. Nam purus iambus

Deum profundit ante templa sanguinem: 15
 Proin, viator, hunc deum vereberis,
 Manumque sursum habebis. Hoc tibi expedit.
 Parata namque crux sine arte mentula.
 Velim, pol, inquis: at pol, ecce! villicus
 Venit: valente cui reuulsa brachio, 20
 Fit ista mentula apta claua dexteræ.

C A R M E N LXXXVII.

PRIAPVS.

Hunc ego, iuuenes, locum villulamque palustrem,
 Tectam vimine iunceo, caricisque manipulis,
 Quercus arida, rustica conformata securi,
 Nunc tuor magis, et magis, vt beata quotannis.
 Huius nam domini colunt me, deumque salutant. 5
 Pauperis tigurî pater, filiusque coloni,

Alter

bus requiritur, atque veteribus nomina, in *er* exeuntia, communia fuerunt, etiam cum generibus variari possent. Hinc temere in *Ed. Virg. Lugd. Teneraque* est substitutum. Cui vero nimis durum videtur *Tener* in *sem*. positum; is possit forte sic distinguere:

*Tenerque, matre mugiente vac-
 cula,*

atque *vitulum* intelligendo addere.

v. 17. sursum] vt appareat, te nullum furtum moliri, quod qui faciant, manum abscondunt. *Sciopp.* tamen putabat, *seorsum* esse scribendum, *manumque seorsum habere* esse, eam continere. Sed *seorsum*, i. e. sursum, habet etiam *Ed. Catull. Henrico-Petrin.*

v. 18. Parata] sc. est, te manet.

crux] supplicii loco.
 sine arte mentula] mentula, rudi et impolito ligno formata.

Conf. c. 63, 10. Male legitur in *Ed. Lugd. Parata namque crux est arte.*

v. 19. at pol] Repetitio irrisioni conuenit; indicat vero, longe alio modo, quam putabat, viatorem a se exceptum iri.

C. 87. v. i. Hunc] Hoc quoque *Catulli* esse, putant viri docti, quia eum tali carmine lusisse, auctor est *Maurus Terentianus*; reperitur etiam in *Ed. Henrico-Petrina.*

v. 4. Nunc tuor] Ita pro *mutriui* *Ed. sup.* et *Ed. Henr. Petrin.* edidi cum *Hadr. et Bosch.* quia melius conuenit, vti nos docet c. 86, 5.

v. 6. filiusque coloni] In *Ed. Henr. Petrin. et al. filiusque* * exhibetur. Sed non male sic expleta est lacuna a *Scaligero, Hadr. Bosch.* et alijs, quos sequi malui, quam cum *Ed. sup.* lacunam relinquere.

- Alter assidua colens diligentia, vt herba
 Dumosa, asperaque a meo sit remota facello:
 Alter parua ferens manu semper munera larga,
 10 Florido mihi ponitur picta vere corolla
 Primitu, et tenera virens spica mollis arista:
 Luteae violae mihi, luteumque papauer,
 Pallentes cucurbitae, et suaue olentia mala,
 Vua pampinea rubens, educata sub vmbra.
 15 Sanguine hanc etiam mihi, (sed tacebitis,) aram
 Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.
 Pro quís omnia honoribus haec necesse Priapo
 Praestare, et domini hortulum, vineamque tueri.
 Quare hinc, ô pueri, malas abstinetate rapinas.
 20 Vicinus prope diues est, negligensque Priapus.
 Inde fumite; semita haec deinde vos feret ipsa.

C A R M E N LXXXVIII.

EIVSDEM AD PRIAPVM.

Hunc lucum tibi dedico confecroque, Priape,
 Qua domus tua Lampfaci est, quaque silua, Priape.
 Nam te praecipue in suis vrbibus colit ora
 Hellestontia, caeteris ostreosior oris:

HEIC PRIAPEIA FINIVNT.

L. APV-

v. 11. Primitu] vel *primitus*, antiquum aduerbium pro *primum*; quo etiam vitur *Lucill. Sat. l. 5. ingenti pretio dat primitu paucas.*

v. 15. sed tacebitis] quia legibus XII. *Tabb.* peregrinis diis, non publice adscitis. sacra facere non licebat. In *Ed. sup. Edd. vet.* etiam in *Ed. Catull. Henr. Petr.* legitur: *sed iacebitis*, quod

quid sibi velit, mihi non liquet. Hinc non temere videor secutus *Sciopp. Hadr. et Bosch.*

v. 17. honoribus] i. e. sacrificiis et muneribus. Sic *Virg. Aen. 1, 49. aris imponet honorem*; et passim.

C. 88. v. 1. Hunc lucum] Etiam hoc *Catullo* tribuitur, et in *Ed. Henrico - Petrina* excusum est.

L. APVLEII
 ANEXOMENOS
 EX MENANDRO.

A mare liceat, si potiri non licet.
 Fruantur alii: non moror, non sum invidus;
 Nam sese excruciat, qui beatis invidet.
 Quos Venus amavit, facit amoris compotes:
 Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.
 Olli, purpurea delibantes oscula,
 Clemente morfu rosea labella vellicent,
 Malas adorent ore, et ingenuas genas:

Et

L. APVLEII] Hoc carmen ex *Menandro* versum, plerumque tribuitur *Apuleio*; idque primum editum est a *Bineto*, atque a *Pitho*; postea a *Doufa P. Praecidaneis* in *Petron.* insertum. *Colvius* quoque, *Wouwerius* et *Elmenhorstius*, illud adiecere *Apuleio*: attamen *Scrivenerius*, supposititium esse, censet, aut saltem infimae vetustatis. Sed etsi non ausim contendere, illud vere profectum esse ab *Apuleio*, id tamen non multo recentius esse, eius elegancia docet.

v. 2. non moror] per me licet; formula, qua utimur, cum indicamus, nos non adeo vehementer aliquid cupere. Conf. *Plaut. Milit.* 3, 1, 163. *pernam nihil moror.*

non sum] Ita rescripti ex *Ed. Doufae*, *Elmenhorst.* *Baudii Amoribus*, et *Hadr.* pro *sumus Ed.* sup.

v. 4. amavit] quibus fauet et annuit.

facit] Sic recte emendavit *Binetus fecit*, quod metro non convenit.

v. 6. delibantes] i. e. decerpentes quasi flores; nam *libare* etiam de floribus dici potest.

v. 7. Clemente morfu] i. e. suspensis dentibus mordentes: de quo morfu *Lucret.* l. 4.

Quid petiere, premunt arte, faciuntque dolorem Corporis, et dentes illidunt saepe labellis,

Osculaque adfigunt.

rosea] *Binetus* mavult *rosa*.

Clemente - vellicent] Post hunc versum, testante *Saxarone* ad *Sidonium*, *Bineti Ms.* schedium habet hunc:

Candentes dentes effigient suavio;

quem esse spurium, facile apparet.

v. 8. adorent] Ita restitui ex *Baudii Amoribus*, *Ed. Elmenhorst.* et *Hadr.* pro *adorent Ed. Douf.* et *Ed.* sup. quia aptius est; nam

Et popularum nitidas geminas gemmulas:

- 10 Quin et cum tenera membra molli lectulo,
 Cum pectora arte adhaerent Veneris glutino,
 Libido cum lasciuo instinctu fuscitat
 Sinuare ad Veneris vsu[m] femina; feminae,
 Inter gannitus et subantis vocolas,
 15 Carpent papillas, atque amplexus intiment,
 Iterentque sulcos molles aruo Venerio,

Thyr-

adorare potest dici pro *admouere* *ori*; describuntur ergo osculantes malam.

ingenuas genas] non fucatas, vt *Propert. l. 1. El. 4. 13.*

Ingenuus color et nullis decus artibus.

v. 11. Cum pectora arte] Hoc rescripsi, suadente *Doufa* et *Colvio*, quia, si *r* exciderit, facile potuit, ob syllabae verbi sequentis primae sonum similem, hoc vocabulum excidere; certe *arte*, vel *arit*, huic loco est satis aptum. *Binetus* tamen hanc lacunam maluit explere, inserta vocula *vna*. In *Ed. sup. ipsa* est insertum, suadente *Pithoro*. In *Ed. Elmenhorst*, lacuna est relicta. Sed alii, vt *Scruerus* et *Hadr.* vocabulum plane nouum effinxere: *Compeiforata adhaerent*; quod membris non satis conuenire videtur.

v. 12. lasciuo instinctu] Olim legebatur *lasciuia instritio*. Sed *Binet. lasciuo instinctu* substituit,

fuscitat] Hoc seruaui ex *Ed. sup.* quia *fuscitet*, quod *Doufa*, *Scruerus* et *Hadr.* edidere, hic non potest admitti, quia *cum* bis rexit indicatium. *Sciopp.* dicit, aliquem maluisse;

Libido cum lasciuia ignem intus fuscitat.

fuscitat Sinuare] constructio graeca, pro fuscitat, vel excitat ad sinuanda, vel incuruanda femina:

v. 13. ad Veneris vsu[m] Doufa legebat: *sinuare ad Veneris cursum*; nec multo aliter *Binetus*:

Sinuent ad Veneris cursum.

sed quamquam non nego, *cursum* esse poeta dignius, tamen vsu[m] sensum satis commodum habet. *Coluio* placebat:

Libido cum lasciuia instritio fuscitet,

Sinuare ad Veneris artem femina.

v. 15. intiment] Est hoc nouum vocabulum, sed non alienum ab ista aetate; nam occurrit adeo in *Apuleii l. 2. de habitud. doct. Plat. Ed. Elmenhorst. p. 14. et de Mundo p. 56.* vnde etiam constat, hoc verbum significare *penitus inserere*; iubentur ergo amplexu intimo quasi se ingurgitare. *Doufa*, ad sola oscula referens amplexus, putat, hanc formulam significare id, quod *Ouid. Am. l. 3. El. 7, 9.* exprimit his verbis:

Osculaque inseruit cupidae luctantia linguae.

v. 16. Iterentque] Hanc lect. ex *Ed. sup.* seruaui, quia *iterare sulcos* eleganter exprimit id, quod expressit *Columella* per *altero sulco serere*. Metaphorice videtur id dici, quod c. 52, 4. Ceterum *Binet. Pith. Doufa* et *Elmenhorst.* ediderunt:

Arentque sulcos molles aruo Venerio;

Scri-

Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis,
 Dent crebros ictus, conniuenta lumine;
 Repedante cursu, Venere et anima fessula,
 Eiaculent tepidum rorem niueis laticibus.
 Haec illi faciant, quis Venus non inuidet:
 At nobis casto saltem delectamine
 Amare liceat, si potiri non licet.

Scriuerius vero et *Hadr.*

*Arentque sulcos molli in aruo
 Venerio.*

Iam cum olim *haerentque* lectum fit, *Scriuerio* testante, aequae facile potest elici *arentque*, atque *iterentque*. Hinc mihi nec haec emendatio displicet.

v. 17. Thyrsumque pangant] Eleganter vsus est verbis, ex horto repetitis; nam et plantae et vites dicuntur pangi.

hortulo in Cupidinis] Ita recte metri causa emendauit *Binet.* lectionem *horto*. Simili sensu dicebatur *hortus*. c. 4, 4.

v. 18. Dent] Hoc scripsi pro *Dum Ed.* sup. praeeunte *Bineto*, *Scriuerio*, et *Hadr.* quia nimis impedita videtur constructio, ista particula inserta.

conniuenta] Hoc voc. a *Bineto* margini attestum, cum *Scriuerio*, *Elmenhorst.* *Hadr.* et *Ed.* sup. seruaui, quia satis aptum videtur; nam *oculos tremulo fulgore micantes* in isto negotio ob-

seruari posse, etiam *Ouid.* l. 2. de *A. A.* 721. dicit. Verum quoniam olim in textu *conhibente* exhibitum est, *Doufa P.* totum locum ita emendauit:

*Dum crebros ictus combibente
 lumine.*

Sed ictus cum potu comparare, valde durum est.

v. 19. Repedante] Hanc emendationem *Scriuerii* cum *Hadr.* recepi, quia et contextui est apta, et prope accedit ad lect. veterem *Crepidante*. Hoc vero verbum, quod significat, *redire*, est dignum hoc poeta, qui supra dixit *intimare*. *Binetus* emendauerat *Trepidante*, quod et *Ed.* sup. et *Elmenhorst.* et *Pithoeus* habent. *Doufa* autem totum versum ita corripuit:

*Trepida in decursu Venere et
 anima fessula.*

Coluius denique diuinabat:
Trepidante sultu Venere.

v. 20. laticibus] Ita rescripsit *Doufa*, cum *Binetus* temere mallet *laticibus*.



PERVIGILIVM VENERIS.

CRAS AMET, QVI NVNQVAM AMAVIT;
QVIQVE AMAVIT, CRAS
AMET.

Vere nouum, vere iam canorum; vere natus orbis est,
Vere concordant amores, vere nubunt alites,
Et

Peruigilium Veneris] Ita dicuntur proprie sacra nocturna. vid. *Suet. Galb. 4. Vit. 10. et Gell. 2. 23. Vigiliis dixit Plaut. Aulul. Prolog.* Hic vero sic appellatur carmen, in sacris *Veneris* decantatum. Alii quidem putant, rectius illud dici *carmen de vere*, quippe de quo agat. Sed causa, cur de vere agatur in hoc carmine, *Veneri* sacro, est ea, quod sacra *Veneris* celebrabantur, ineunte *Aprili*; vid. *Ouid. Fast. l. 4. init.* De auctore cantici nihil certi constat. *Meursius* quidem, *parte 2. Exercit. Critic. p. 143.* illud tribuit *Catullo*; *Ios. Scaliger* *Q. Catullo Urbicario*, cuius apud *Iuuenalem* fit mentio; *Barthius* ad *Claudian.* p. 147. *Ed. pr. et Adv. 16, 6. Cod. Msi* sui auctoritatem secutus, *Senecae*; *Lipsius Augustei* aevi scriptori; *Salmasius* et *Menagius* poetae mediae aetatis; *Scriverius Luxurio*, qui *Carthagine* vixit, regnante *Trafimundo, Vandalorum rege*; vel *Floro cuidam*. Nescio vero, an hoc possit probari ex ipsis membranis, ex quibus editum est, cum in *Cod. Ms. Salmasii*, inter *Peruigilium Veneris*, atque *Luxurii* huius poemata, intersint paginae 48. neque existi-

mem, genus dicendi proderet tempus adeo recens; certe ex singulis vocabulis, quae aetatem recentiore sapiunt; hoc non licet colligere; cum similia verba iam *Petronii* tempore frequentari coeperint. Nec tamen ausim assentiri *Lipso*, aut *Crusto*, qui in *Probabilibus crit. p. 106. et 261.* hoc carmen opinatur compositum in honorem ludorum, ab *Augusto* victoriae *Caesaris* editorum, in ipsa dedicatione templi *Veneris Genetricis*, ratus quippe, ludos in dedicatione templi istius, a *Dione Hist. l. 25.* commemoratos, eosdem esse cum ludis, victoriae *Caesaris* editos, testante *Sueton. Aug. 10.* Verum ad aureum linguae latinae aetatem hoc carmen, quamquam elegans, vix potest referri, quia insunt formulae, ab ea abhorrentes. Equidem existimem, hoc poema seculo post Christum natum primo siue medio, siue exeunte a poeta aliquo, fortasse *Siculo*, Sacris *Veneris*, in monte *Hybla* celebrandis, destinatum esse. Prius ex genere dicendi, posterius ex versu 51. colligo. Neque inusitatum fuisse in montibus peruigilia agere, nos docet *Suet. Vit. 10.* Quod reliquum est, in *M. Salmasii* Inscriptioni

Et nemo comam resoluit de maritis imbribus.
 Cras amorum copulatrix, inter umbras arborum,
 Implicat casus virentes de flagello myrteo. 5
 Cras Dione iura dicit, fulta sublimi throno.

Cras 01

ptioni haec adduntur: *sunt vero versus XXII.* quibus verbis si diceretur versus intercalaris: *Cras amet* etc. vicies bis repetitus, sequeretur, vel magnam partem carminis periisse, vel hunc versum vndecies excidisse, cum toties tantum repetatur. Prius non esset improbable, si possit demonstrari, principio multa deesse, et post versum 10. excidisse 6 vel 7. versus, ut suspicatur *Lipsius*. Sed rectius *Scriuerius* coniecit, olim XCII scriptum fuisse; tot enim sunt versus, si primus non numeretur, qui in *Cod. Ms.* extra ordinem positus, reliquis praemititur, forte ut indicetur, hunc esse huius carminis versum intercalarem.

v. 1. vere natus] Hanc lect. *Ed. Hadr.* equidem seruaui, quia ea est satis concinna, neque desinitur auctoritate *Codd.* nam in *Cod. Pith.* legebatur: *ver natus orbis est*, (vnde vere facile potest effici,) et in *Cod. Salmasii*: *vere natus Iouis est*. Hauserit vero hoc poeta ex *Virg. Georg. 1. 2. 336.*

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, aliumque habuisse tenorem,

Crediderim.

In *Ed. Catulli, Tibulli, Propertii, Henrico-Petrina*, in *Ed. Helenop.* et al. emendatum est: *ver, renatus orbis est*. Sed paulo durior videtur ista repetitio vocabuli *ver*, nullo epitheto addito.

v. 2. nubunt] *Pontanus* in *Macrob. 1. 7. c. 16.* legit *pubent*, h. e. vernant; id fortasse possit latere in lect. *Cod. Pithoei, nubent.*

Sed nubunt, quod *Lipsius* substituit, satis eleganter de aubibus dicitur, quibus etiam tribuuntur nuptiae.

v. 3. comam resoluit] *Achilles Tattius* l. 2. de rosa adeo dicit *ἀνοίγει τῶν Φύλλων τὰ χεῖλη.*

de maritis imbribus] Imbres, quia efficiunt ut arbores edant frondes, per elegantem metaphoram dicuntur *nemoris mariti*; simili tropo vsus est *Virg. 2. Georg. 325.*

Tum pater omnipotens secundis imbribus aether

Coniugis in gremium laetae descendit;

et *Lucret. 1. 246.*

— *Pereunt imbres, ubi eos pater Aether*

In gremium matris terrae praecipitavit.

Etiam vs. 10. *mariti imbres*, quamquam alio sensu, dicuntur.

v. 4. amorum] In *C. Pith.* vitiose scribebatur *amorem*. copulatrix] *Venus*.

inter umbras] ut amantibus, ita *Veneri* gratas.

v. 5. casus] In *Cod. Pithoei et Salmasii*. exhibebatur *gaza*; sed hoc cum huic loco non conveniret, recte inde a *Pithoei* tempore substituerunt Editores *casus*, quod, si sonum literarum spectes, non longe recedit a lect. *Codd.* contextui autem est multo aptius. Eadem enim *casae* vs. 43. *myrteae casae* dicuntur.

de flagello myrteo] nam myrtus illi sacra.

v. 6. Dione] *Venus*. vid. *Petron. 124, 266. n.*

iura dicit] *Conf. v. 49.* throno] Etiam *Sappho*, quae

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

Tunc cruore de superno, spumeo pontus globo,
Caerulas inter cateruas, inter et bipedes equos,
10 Fecit undantem Dionem de maritis imbribus.

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

Ipsa gemmis purpurantem pingit annum, floribus;
Ipsa

eam dicit *ποικιλίσθρονον*, ei tribuit thronum. Sed hic thronus tribunal dicitur, *vs.* 48. *Lipsius* mavult *toro*.

v. 8. Tunc] i. e. olim, vti dicitur *Tibull. El. 1, 21*.

cruore de superno] Ita edidi cum *Salmasio*, conspirante *Ed. Henrico-Petrina* et *Hadr.* quia hoc inest in *Cod. Salmas.* lect. *cruore de superbo*, et *Venus* nata dicitur e *sanguine Coeli*, atque *spuma maris*. Hinc *Tibull. l. 1. El. 2, 41*.

*is sanguine natam,
Is Venrem e rapido sentiet esse mari.*

In *Cod. Pith.* extabat: *Tuno qui-vore desuper huc;* vnde in *Ed. Helenop.* et al. effictum est:

Tunc liquore de superno.
Sed amicus *Lipsii* malebat:

Iuno rore de superno.

spumeo pontus globo] Ita ex *Cod. Salmas.* edidi, *Scrivierio* et *Hadr.* praeceuntibus, quia *cruor* iste *supernus*, cum *spuma maris* conglobatus, *spumeus globus* potest dici. *Lipsius*, qui repererat: *spumeo ponti de globo*, malebat: ac *spumeo ponti e globo*: atque sic legitur in *Ed. Helenop.* Eadem emendatio in *Ed. Henr. Petrina* recepta est, deleto vero *ac*.

v. 9. cateruas] *Nereides* in-

telligendae sunt; quas *Sen. Hippol. 335.* dixit:

Caeruleum gregem Nereidum. bipedes] Sic dicuntur equi *Neptuni*; etiam *Virg. Georg. 4, 388.* quia priores pedes habent, posterioribus carent, extremo quippe corpore in piscem abeunte.

v. 10. Fecit] procreavit; sic *vs.* 22. *rosa* dicitur *facta de cruore*.

Dionem] Ita, suadente *Lipf.* edidi cum aliis, quia hic pontus dicitur *Venrem* procreasse. Sed *Cod. Pith.* habebat *Dione*. Hinc *Scrivierius* mavult hunc locum sic constituere:

*Tum cruore de superno spumeo ponti globum
Fecit undantem Dione de maritis imbribus;*

putat etiam, pro *Fecit* legi posse *Excit*; mihi in mentem venit:

*Hanc cruore de superno spumeo ponti e globo.
Fecit undantem Dione.*

de maritis imbribus] Eleganter sic dicuntur h. l. *spuma* et *cruor*, quibus coniunctis, *Venus* nata est.

v. 12. gemmis] Hoc servavi ex *Ed. Hadr.* auctoritate *Cod. Salm.* Sumendum vero est, vel *gemmas* hoc loco dici *flores*, vario colore distinctos, vel *gemmis* positum esse pro *gemmeis*. *Cod. Pith.* habebat *gemmas*, quod etiam exhibet *Ed. Henr.*

Ipsa surgentes papillas de Fauoni spiritu,
Vrget in nodos patentes; ipsa roris lucidi,

Noctis

Henr. Petrina. Sed hoc vitiosum esse, iam vidit *Pith.* qui *gemmans*, et *Lips.* qui *gemmeis*, quod etiam legitur in *Ed. Helenop.* substitui debere, putabat. Verum metrum *gemmeis* non admittit, nisi in duas syllabas contractum.

purpurantem -- annum] i. e. ver. *Pind. Pyth.* 4. dixit: *Ποικιλανθῆμα ἦρος ἀκμῶν.* Apud *Apuleium*, *Met.* l. 6. 183. in nuptiis *Cupidinis* et *Psyche*, horae dicuntur *rosis* et *cæteris floribus purpurare omnia.*

v. 13. surgentes] Hoc seruauit cum *Hadr.* ex *Codd.* in quibus est *surgentis*, et *Ed. Henr. Petrina*, etsi *Lipsius* mauult *turgentes*, quod receptum est in *Ed. Helenop.* Sed hic pinguntur papillae, vel calyces rosarum surgentes, i. e. crescentes, vel nascentes (vid. *Virg. Georg.* 161.) de spiritu *Fauonii*. Papillae autem flori huic tribui posse, nos docet *Hieron. Ep.* 26. ad *Pammachium*: *Quis parturientem rosam, et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis — immature demessum, aequis oculis marcescere videat?* Eadem ratione loquendi vitur vetus *Epigramma de Rosis* in *Cod. Salmasii*:

Prima papillatos ducebat nata corymbos.

Papillae ergo dicuntur calyces nondum deliiscentes, *die Knospen*, quos *Plin.* dicit *alabastrors* l. 21, 4. *Rosa nascitur et germinat, inclusa granoso cortice, quo intumescente, et in virides alabastrors fastigiato, paullatim rubescens dehiscit — Usus eius in coronis prope nimius.*

o -spiritu] Hoc inesse in *Codd.* lectione, de *fauoni paritu*, ser-

vata etiam in *Ed. Henr. Petrin.* iam vidit *Pithoeus*.

v. 14. Vrget in nodos patentes] Hanc coniecturam, quae, si primum verbum spectes, non procul abest a lect. *Cod. Salm.* etiam ab *Hadr.* retenta: *Vrget in nodos penates*, neque qua vltimum verbum longe recedit a lect. *Cod. Pithoeani*: *Vrget in totos* penates*, recipiendam putauit, quia contextui est aptissima. *Venus* nimirum dicitur *papillas rosarum urguere*, i. e. propellere vel trudere, vti dixit *Virg. Georg.* 2, 335. *in nodos patentes*; eleganter enim sic dicuntur calyces, vt nos docet epigramma, paullo ante commemoratum:

Quarta (rosa) simul nituit, mutato tegmine floris,

Dum tenuat vna caput, dumque explicat altera nodum.

Idem confirmat aliud epigramma de *rosis*, ex eodem *Cod. Salmasii* prolatum, et *Floro* cuidam tributum;

Vna dies ostendit spicula florum,

Altera pyramidas, nodo maiore tumentes,

Tertia iam calathos.

Ceterum hic requiri *nodos patentes*, contextus docet. Fere idem exprimit *Plin.* 21, 5. his verbis: *dein nudantibus se nodulis.* *Lips.* substituebat: *in toros tepentes*, quod in *Ed. Henr. Petrin.* et *Helenop.* receptum est. *Pithoeus* in *Ed. Mamert. Patissonii* coniciebat: *toros stupentes*; *Scriuerius*, vt ipse dicit, olim somniabat: *toros parentes*; postea malebat: *nudos penates*. Eius vero amico in mentem veniebat:

Vrget

15 Noctis aura, quem relinquit, spargit humentes aquas,
 Emicant lacrymae trementes de caduco pondere,
 Gutta praeceps orbe paruo sustinet casus suos:
 In pudorem florulentae prodierunt purpurae;

Humor

Urget in nodos tenaces.

Sed *Crusius* in *Probabil. Crit.* p. 261. proponit:

Urget in nodos tumentes.

Weizius exhibet: *Vnguet in toros tepentes*; putatque, hic commemorari vnguenta, quibus excitatur libido. Idem habet *Ed. Helenop.*

v. 15. relinquit] Ita *Cod. Pith.* et *Salmas.* quod *Ed. Hel.* et *Hadr.* *Salmasio* suadente, seruarunt. Sed *Henr. Petr.* habet *relinquit*, quae est coniectura *Lipsii* non necessaria; dicitur nimirum nox ex eo rore, quem eius aura relinquit, spargere aquas.

v. 16. Emicant lacrymae] Hoc rescipit, suadente *Salmasio*, pro *Cod. Pith.* *Et me canat lacrimae*, et *Cod. Salmas.* *Et mi canat*. Possit quidem cum *Lipso*, quem secuta est *Ed. Hel.* *Et micat* legi, nisi et molestum esset, cum etiam in seqq. copula omittatur. In *Ed. Hadr.* verba sunt transposita, *Lacrymae micant trementes*; sed praeter necessitatem, cum in versu trochaici regione secunda, dactylus locum habeat. Ceterum eleganter roris guttae dicuntur *lacrymae*, vti contra *lacrymae ros*.

de caduco pondere] Hanc lect. *Hadr.* seruaui, quia eam confirmat *Cod. Salmas.* dicuntur ergo haec lacrymae, vel guttulae, *trementes de pondere caduco*, i. e. tremunt ipso pondere, dum cadunt; sic enim *de* saepius usurpat noster. In *Cod. Pith.* legabatur, *detatum pondere*, quod etiam seruaui *Ed. Henr. Petrin.* hinc quidam effecere *de caduco*,

quod *Scrinerius* adeo testatur, se in *Codd.* reperisse, ego vero reperi in *Ed. Helenop.* *Weizius* habet *deciduo pondere*, quod positum putat pro *deciduo*.

v. 17. orbe paruo] floris.

v. 18. prodierunt] Ita pro *Codd.* *prodiderunt* est legendum, cum *Ed. Hel.* et *Henr. Petrin.* monente *Pithoro*, si reliqua recte se habent. Scilicet rore sparsi, flores purpurei dicuntur *prodisse in pudorem*, i. e. in ruborem; per elegantem enim metaphoram dicitur pudor pro rubore, vt rubor pro pudore. Etiam *Columella* 10, 102. dicit: *et nimium rosa plena pudoris*, et *Hor. Epod.* 17, 21. *verecundum colorem dicit ruborem*. At *Salmas.* testatur, in libro suo lectum esse: *In pudore — prodiderunt*: hinc ipsi in mentem venit:

Hinc pudorem florulentae prodiderunt purpurae, Scrinerius suspicabatur:

In pudorem floris Ennae prodierunt purpurae.

Crusius autem l. c. mauult: *Iam pudorem*; quae coniectura mihi arridet. Sed lect. *Hadr.* *In pudorem — prodiderunt*, plane non potest ferri; vti nec coniectura *Wouwerii*, ad *Apulej.*

In sudore florulentae;

quam metrum respuit. Ceterum aut *Fulgentium* imitatus est auctor noster, aut *Fulgentius* hunc locum, l. 1. *Mytholog.*

Forte gradum properantes

De virentis collium;

Vbi guttas florulentae

Mane rorat purpurae

Humor

Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus,
 Mane virgineas papillas soluit humenti peplo.
 Ipsa iussit, mane vt vdae virgines nubant rosae:
 Facta Cypris de cruore, deque Amoris osculis,
 Deque gemmis, deque flammis, deque solis purpuris,
 Cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea,

20

Vnico,

*Humor atgens, quem serenis
 Astra sudant noctibus.*

v. 19. Humor - noctibus] ros;
 hinc et *rosidam lunam* dixit
Virg. Georg. 3, 337,

v. 20. virgineas] Hoc rescripsi
 ex *Cod. Pith.* et *Ed. Henr. Petrin.*
 quia hoc loco metrum admittit
 dactylum; *Lipsius* vero suspi-
 cabatur, legendum esse *virgi-
 nes*, quod editum est in *Ed. Hel.*
 et *Hadr.* Sunt vero virgineae
 papillae h. l. alabastri rosae, colo-
 rem virginearum papillarum
 aequantes.

peplo] Proprie genus vesti-
 menti sic appellatur; h. l. folia,
 quibus alabastri tecti sunt, rore
 sparfa, dicuntur solui.

v. 21. Ipsa iussit, mane vt vdae]
 Haec valde vitiose legebantur in
Cod. Pith. *Ipiussit mane tuae.*
 Sed iam *Pithoeus* vidit, legen-
 dum esse: *Ipsa iussit, mane vt
 vdo*, atque *Dousa*: *mane vt vdae*,
 restituendum putabat. Hanc esse
 veram lect. testis est *Cod. Salmas.*
 in quo legitur:

Ipsa iussit manet tute.

Igitur haec recte restituta sunt in
Edd. Henr. Petr. Hel. Hadr. et
 al. *Ipsa Venus* dicitur iubere,
 vt mane virgines tegant se orment-
 que rosa, ab humore noctis vda.
 Videtur poeta hic priscam velan-
 di significationem in animo ha-
 buisse.

v. 22. Facta Cypris] Ita lego
 cum *Salmas. Scriuer.* et *Hadr.*
 quia *Codd. Salmas. et Scriuer.*
 habent: *Facta prius. Cypris au-*

tem est genitius latinus. Ex
Veneris cruore ortas esse rosas
 rubras, fingunt quidam poetae,
 v. c. *Luxurius de Rosa* in *Cod.*
Salmas.

*Aut hoc risit amor, aut hoc de
 pectine traxit*

*Purpureis aurora comis; aut
 sentibus haesit*

*Cypris, et hic spinis insedit
 sanguis acutis.*

Eodem modo originem horum flo-
 rum enarrat *Constantinus Caesar*
*de R. R. l. 11. c. 18. Adonide oc-
 ciso, aiunt, Venerem nudis pa-
 dibus ingressam esse siluam, ibi-
 que spinis compunctam, emisisse
 cruorem. Inde Rosam, quae
 prius esset alba, aspergine conta-
 ctam, coepisse rubere.* Sed *Lips.*
 in *Cod. Pith.* vti ego in *Ed. Henr.*
Petrina, reperiebat: *Fusae prius.*
 Hinc ille efficiebat: *Fusae aprino
 de cruore*, quae lectio recepta
 est in *Ed. Helenop.* et aliis; quia
 rosas a sanguine *Adonidis*, ab
 apro occiso, traxisse ruborem, di-
 cit *Bion* in *Epitaphio Adonidis.*
 Sed primo *aprinus* non dicitur,
 sed *aprugnus*, deinde durum est,
 sanguinem *Adonidis*, ab apro oc-
 cisi, dicere *aprugnum sanguini-*
um.

deque Amoris osculis] *Ioh.*
Meursius malebat: *deque Ado-
 nis osculis*, quae coniectura non
 est spernenda; sed potest et-
 iam rosa de osculis *Amoris*, ru-
 bicundis quippe, facta dici, vti
 paullo post, de gemmis, de flammis
 et solis purpura, facta dicitur,
 quia

25 Vnico, marita, nodo non pudebit soluere.

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

Ipsa Nymphas Diua luco iussit ire myrteo:

It puer comes puellis; nec tamen credi potest,

Esse amorem feriatum, si sagittas vexerit.

30 Ite, Nymphae, posuit arma; feriatu est Amor.

Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est,

Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne laederet.

Sed tamen, Nymphae, caute, quod Cupido pulcer
est;

Est in armis totus idem, quando nudus est Amor.

Cras

quia splendorem et colorem gemmarum rubicundarum, flammarum et solis imitatur.

v. 24. veste-igne] calycis.

v. 25. Vnico, marita, nodo] Haec recte elicit *Salmas* ex lect. *Cod. sui*: *Vnica marita noto*, et *Cod. Pith.* *vnica marito nodo*, eumque secutus *Hadr.* nam rosa, cuius papillae antea virgineae dicebantur, nunc marita dicitur, cum eius quasi cingulum soluitur; alluditur enim ad ritum nuptialem. *Pith.* malebat: *Vnico, marite, nodo*, quod receptum quoque est in *Ed. Helenop. Weizius* exhibet: *Vnico mariti nodo*; sed in tertia regione trochaeo opus est.

v. 27. luco] Hoc inesse in *Cod. loco*, vidit iam *Lips.*

myrteo] *Veneri* sacro.

v. 28. Hoc latere in lect. *Cod. Et*, vidit *Lipsius*. *Pith.* malebat *Est*; sed prius, carmine dignius, recte receptum est a *Scriuer. Hadr.* et *Goldasto*; puer h. l. est *Cupido*.

v. 29. vexerit] i. e. secum tulerit. Recentiores saepius sic locuti sunt, v. c. *Prudentius contra Symmachium* l. 2, 535.

Non armata Venus, non tunc clypeata Minerva,

Vexere auxilium;

et *Amnianus Marcellinus* l. 16. dicit: *Anteriores chlamydis pariem utraque manu vehens, l. 18. materias vexere cervicibus ingrauatæ. Meursius* proposuit *texerit*, temere.

v. 31. nudus] Ita cum *Hadr.* et *Salmas.* lego, quia hoc requirit contextus, atque *Cod. Salmas.* *nudos* habet. Sed vel *Pith.* qui in *Cod. suo* repererat *durus*, *nudus* legendum esse, vidit; idque expressere omnes *Edd.* praeter *Henrico-Petrin.*

v. 32. igne] Nam *Cupidini* etiam fax ardens tribuebatur. Vid. *Quid.* l. 1. *Met.* 461. etiam *Apul. Met.* l. 4. p. 157. *Cupido flamma et ferro singula debilitare* dicitur.

v. 33. Nymphae, caute] Ita *Col.* *Salmas.* Male in *Cod. Pith.* legebatur: *Sed tamen, courte, nymphæ*; respuit enim metrum hunc verborum positum.

v. 34. Est in armis totus] Haec in lect. *Cod. Salmas.* *Totus est in armis idem*, latere videntur; nam hanc transpositionem, a *Scriverio*] propositam, requirit metrum,

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit, 35
 cras amet;

Compari Venus pudore mittit ad te virgines;
 Vna res est, quam rogamus: cede, Virgo Delia,
 Ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
 Ipsa vellet te rogare, si pudicam flecteret;
 Ipsa vellet, vñ venires, si deceret virginem. 40
 Iam tribus choros videres feriatos noctibus,
 Congreges inter cateruas ire per saltus tuos,
 Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
 Nec Ceres, nec Bacchus absunt, nec poëtarum Deus
 Detinet se; tota nox est peruiiglanda canticis. 45
 Regnet in syluis Dione, tu recede, Delia.

Cras

trum, verba, ipsa series orationis. *Cupido* totus in armis, i. e. plane armatus, esse dicitur, quando nudus est; eius enim pulchritudo ipsi est armorum instar. *Pithoeus*, qui repperat in *Cod. inermis*, iam vidit, isto verbo latere in armis; quod probavit *Lips.* et reliqui recepere. *Scrivenerius* etiam metro et sensui consuli posse, arbitratur, verbis sic emendatis:

Neutiquam est inermis idem;
 vel sic:

Totus est armatus idem.

v. 38. Delia] *Diana*, quae praeest venationi; *Hor.* 3. *Carm.* 22, l. ea dicitur:

Montium custos nemorumque,
virgo.

v. 39. Ipsa] *Venus*, domina nostra. Conf. *Ipsa* in *Ind. Petron.*

Ipsa - flecteret] Hunc versum rescripsi cum *Hadr.* ex *Cod. Salmas.*

v. 41. tribus - noctibus] *Scrivenerius*, qui in *Cod. vet.* et *Ed. Patiss.* repperat:

Iam tribus choros videres feriatos noctibus,

putabat, olim scriptum fuisse *feriantes*, quod et mihi arridet.

v. 42. Congreges] Hoc voc. significat *σμόςφωλος*, et reperitur quoque in *Auson. Idyll.* II.

Vt idem

Congrege ter trino per ter tria dissoluatur.

v. 44. Nec Ceres - absunt] scil. quia sine *Cerere* et *Libero* friget *Venus*.

Deus] *Apollo*, cuius cithara excitat libidinem.

v. 45. Detinet se] remoratur; sed statim adest. Hoc rescripsi ex coniectura, pro *Cod. Pith. Edd. Henr. Petrin. Hel. et al. Detinent te*, et *Cod. Salmas. De tinente. Lipsius* tamen malebat: *Detument*, fastum suum ponunt, effusi in iocos; et *Salmas. lect. sui Cod. De tenente*, quam recepit *Hadr.* defendit, opinatus, hoc voc. dici pro *uno tenore*, quod vereor, ne sit nimis recens. *Crus.* maullt:

Recinent, et tota nox est peruiiglanda a canticis.

peruiiglanda canticis] Ita legendum arbitror cum *Salmasio*, qui in *Cod.* repperiebat *peruiclandada*

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet.

Iussit Hyblaeis tribunal stare Diua floribus:
Praefes ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiae.

50 Hybla, totos funde flores, quotquot annus at-
tulit,

Hybla, florum sume vestem, quantus Ennae campus
est.

Ruris

da canticis; potest autem *per-
vigilare* dici pro *peruigilare*, vti
vinculum pro *vinculum*, *periculum*
pro *periculum* et al. In *Cod. Pi-
thoei* legebatur *peruigila canti-
bus*; et sic habet *Ed. Henr. Pe-
trin.* sed haec forma nec vsita-
ta est latinis, nec metro apta.
Hinc in *Ed. Hel.* et aliis exhibet-
tur *peruigil a cantibus*; verum
dubitari potest, an *peruigil* sic
possit construi. *Pith.* malebat
peruigilata.

v. 48. stare] i. e. plenum et
quasi cumulatam esse, vt *Virg.*
Aen. 6, 300. *stant lumina flam-
ma*.

v. 49. Praefes] Ita pro *Cod.*
Pith. *praesens* legendum esse, vi-
dit *Doufa*; idque non solum con-
textus, sed etiam metri concin-
nitas requirit. Hinc recte sic le-
gitur in *Ed. Hel.* et *Hadr.*

dicet] pro *Cod.* *dicit*, vt paul-
lo post *adsidebunt*.

adsidebunt] Futurum vt con-
textus, ita metrum requirebat,
vt iam vidit *Doufa*; *adsederunt*
enim, quae est *Cod.* lect. non
conuenit, quia secunda est longa.
Non temere *Veneri* reginae as-
sessores tribuit poeta; nam reges
olim, patribus et senatoribus as-
sidentibus, ius dicebant. *Aen.*
l. 5, 757.

*Gaudet Troianus Aestles,
Indicitque forum, et patribus
dat iura vocatis.*

Idem etiam valet de reginis; *Virg.*
Aen. 1, 507.

Iura dabat legesque viris.
Assidere autem *Veneri* dicuntur
Gratiae; quia illae eius sunt co-
mites.

v. 50. totos funde flores] *Crus.*
auctor est, vt legamus:

*Hybla, florum sume vestem,
quotquot annus attulit;*
atque dicit, in *Cod. vet.* exhiberi
sumpne; sed videtur in animo
habuisse versus sequentis primum
hemistichium; in hoc enim nul-
lam inuenio varietatem, neque
vlla opus est. Ceterum haec he-
mistichia etiam in *Ed. Hadr.* ex
coniectura *Scriuerii*, sunt transpo-
sita hoc modo:

*Hybla, totos funde flores, quan-
tus Ennae campus est,*

*Hybla, florum subde messem,
quotquot annus attulit.*

quotquot] Ita iam pro *quicquid*
Codd. edidit *Scriuer.*

annus] Sic pro *Cod.* *sui annis*
legendum esse, iam vidit *Pith.* id-
que receptum est in *Ed. Hel. Hadr.*
et al. Inbet ergo poeta *Hyblam*,
montem *Siciliae*, vbi *Venus* di-
citur ius dictura, fundere tot
flores, quot totus annus fundere
solet. *Pith.* etiam proposuit *En-
nas*.

v. 51. sume vestem] Hanc *Cru-
sii* coniecturam recepi; quia ea est
elegantissima, atque satis prope
accedit ad lect. *Cod. Salmas.* et
Scriuer.

Ruris hic erunt puellae, vel puellae montium,
Quaeque sylvas, quaeque lucos, quaeque fontes in-
colunt:

Iussit omnes assidere pueri mater alitis,
Iussit et nudo puellas nil amorì credere.

55

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet,

E vigentibus virentes ducat vmbra floribus;
Cras erit, quo primus Aether copulavit nuptias,

Vt

Scriverii: Hybla florum superestem. Cod. Pithoei autem habebat: Hybla florum rumpere est equant ethne cap, vel campo, vt ieditur in Ed. Henr. Petrin. pro quo Pith. malebat rumpere vestes; sed in Ed. Hel. et al. substitutum est:

Hybla, florum rumpe vestes.

Quae lectio non videtur commodum sensum exhibere; magis mihi arridet *Lipsii* emendatio:

Hybla, florum prome vestem. Hadr. edidit subde messem. Scrio. etiam proponit: funde messem. Salmasius vero malebat: sparge vestem.

quantus — est] Non videtur hic indicari, totum *Ennae* campum floribus esse vestiendum; sed *Hybla* iubetur se amicare tanta florum veste, quantus est *Ennae* campus, vbi sunt laetissimi flores omni tempore anni, vt dicit *Cicero* in *Verr.* 4, 48. *Ennae* legendum esse, iam vidit *Pith.*

v. 52. Ruris — puellae] *Nymphae Napaeae.*

vel] h. l. dicitur pro *et*. Exemplis hunc vsum probavit *Salmas.* in *Not. ad Capitol.* p. 90. ad *Lamprid.* p. 184. et *Capitol.* 260. montium] *Oraeas.*

v. 53. sylvas] vt *Dryades.*

fontes] vt *Naiades.* Hoc restitui de coniectura *Scriverii*; ceteri habent *montes*, male!

Priap.

v. 54. alitis] Ita recte legitur in *Cod. Salmas.* *Cod. Pith.* vero habet *alitis*, vitiose; puer *altes* est *Cupido*, qui alatus fingitur.

v. 55. nudo] Sic legendum esse pro *Cod. Pith. nullo*; iam vidit *Pith.* quem recte secuti sunt Editores recentiores. Conf. vers. 34.

v. 57. E vigentibus virentes] Haec ex coniectura rescripti, cui fauet lect. *Cod. Salmas.* Et *vigentibus virentes*; neque longe ab ea recedit lect. *Cod. Pithoei*, in *Ed. Henr. Petrin.* seruata: *Et videntibus vergentes*; vnde effictum est in *Ed. Helenop.* *Et recentibus vergentes.* Sed *Salmas.* quem secutus est *Hadr.* elicit: *E recentibus virentes*; *Crus.* haec substituit:

*Ros recentibus videntes sudet
imbres floribus;*

quae quidem mihi nimis aberrare videntur a literis *Codd.*

v. 58. Cras erit, quo] Ita pro qui *Cod. Pith.* quod male est seruatum in *Ed. Henr. Petr.* et *Helen.* legendum esse, iam *Lipsius* coniecerat, cum hanc lect. in *Cod.* suo reperiret *Salmasius*, quam recte edidit *Hadr.* Sensus enim hic est: cras erit dies, quo primus aether copulavit nuptias, et, vt pater, totum annum creauit, i. e. totius anni foecunditatem per vernas nubes auspiciatus est.

E

EX.

Vt pater, totum creavit vernus annum nubibus,
 60 In sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
 Vnde foetus mixtus omnes aleret magno corpore.
 Ipsa venas atque mentem permeantis spiritus

Intus

Expressit poeta locum *Virg. Georg. 2, 324.*

*Vere tument terrae, et genitalia
 semina poscunt,
 Tum pater omnipotens fecundis
 imbribus aether*

Coniugis in gremium lactae descendit.

v. 59. totum creavit vernus] Ita ex *Cod. Salmas.* edidi, quia hoc requirit contextus; in *Cod. Pith.* haec mendose scripta erant:

*Vt * pat totis crearet vernis.*

Sed *totis* non potest referri ad *nubes*, nisi per durissimam hypallagen; requiritur autem, ut aether dicatur creare *totum annum*, ut *pater*, i. e. totam foecunditatem, vel fruges anni. Conf. *Petron. Frag. 33, 3. n.* Sic etiam *Graeci eros* dicunt. *Vernis* quidem, quod etiam in *Cod. Salmas.* extitisse videtur, commode ad *nubibus* possiet referri, sed metrum requirit iambum; hinc cum *Pithoeo* et *Hadr.* qui vero temere *crearet* recepit, *vernus* substitui; quia per hypallagen, non adeo insolentem, aether potest dici *vernus*. In *Ed. Hel.* ex *Pith. emendatione* legitur:

*Vt pater roris crearet vernus
 annum imbribus.*

Barth. Adv. 16, 6. Ex suo *Cod.* exhibet:

*Vt parens totis crearet vernis
 annum nubibus;*

ipse vero suspicatur, locum esse vitiosum.

v. 60. fluxit] Ita cum *Hadr.* rescripsi ex *Cod. Salmas.* pro *fluxus Cod. Pith.* quod temere servatum est in *Ed. Helenop. Pithoeo* iam *fluxit* in mentem ve-

nerat; *Lips.* vero malebat *fluxus*, quia apud *Lucanum* aether *defluxus* in austrum dicitur.

almae coniugis] i. e. *Cereris*, vel *Terrae.*

v. 61. Vnde foetus mixtus omnes] Ita edidi cum *Hadr.* et *Salmas.* quia haec facillimo negotio possunt elici e *Cod. Salmas.* lect.

*Vnde fetus mixtus omnis aleret
 magno corpore.*

In *Cod. Pith.* exhibetur:

Vt fetus inmixtus omnis.

Hinc editum est in *Ed. Hel.*

Vt foetus inmixtus omnis.

Sed cum spondeus in prima regione sit paullo durior, *Lips.* legendum proposuit:

Vtique fetus mixtus omnes.

At, lect. *Salmasii* recepta, nulla mutatione opus est. Hic locus expressus videtur ex *Virg. Georg. 2, 326.*

Coniugis in gremium lactae descendit, et omnes

Magnus alit magno commixtus corpore fetus.

aleret] *Anapaeus* hic est molestus; sed etiam in vs. 54. idem pes in eadem regione reperitur.

magno corpore] in terrae corpore immenso.

v. 62. venas] Sic pro *Cod. sui vernas* legendum esse, iam vidit *Pith.*

permeantis spiritus] Ita ex vestigiis *Cod. Salmasiani* rescripsi, *Salmasio* suadente, et serie orationis postulante; dicitur enim *Venus* venas et mentem spiritus, omnia permeantis, vel per omnia diffusi, gubernare occultis viribus. De hoc spiritu, vel anima mundi,

Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perque coelum, perque terras, perque pontum sub-
ditum,

Peruium sui tenorem seminali tramite 65

Imbuit, iussitque mundum nosse nascendi vias.

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

Ipsa Troianos nepotes in Latinos transtulit;

Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit:

Moxque Marti de facello dat pudicam virginem. 70

Romulaeas ipsa fecit cum Sabinis nuptias,

Vnde Ramnes et Quirites proque prole posterum

Ro-

mundi, *Virg. Aen. 6, 727.* sic
cecinit:

*Totamque infusa per ar-
tus,*

*Mens agitat molem, et magno
se corpore miscet.*

Ceterum omnes *Edd.* quas in-
spexi, etiam *Hadr. ex Cod. Pith.*
habent: *permeante spiritu.*

v. 63. procreatrix] Hanc leſt.
Cod. Pith. Ed. Henr. Petrin. et
Helen. ſeruavi, quia hoc nomine
indicatur *Venus.* *Hadr.* edidit
procreatis, et *Salmaf.* volebat
procreata; ratus, ipſam *Vene-
rem*, intus procreatam, dici occultis
viribus gubernare venas, at-
que mentem permeantis ſpiritus.
Scriuerius totum locum ita con-
ſtituebat:

*Ipsa venas aequae amantum per-
meante ſpiritu,*

*Intus occultis gubernat procre-
atrix viribus.*

v. 64. ſubditum] *Manil. l. 1,
248.* dicit *pelagus iacens.*

v. 65. tenorem] *Barth. Adv.*
54, 25. demonſtrat, a *Stoicis* ſic
dici perpetuum corporum in cor-
pora decurſum et reſreſſum; hic
ergo vis procreandi, totum vni-
verſum permeans, videtur intel-

ligi. *Scriuerius* tamen legi ma-
vult: *Peruia in ſui tenorem.*

ſeminali tramite Imbuit] ra-
tione, ſemine ſparſo, aliquid pro-
creandi exercet vires ſuas. Nam
hoc vocabulum latiffime diſtum,
etiam de hac facultate dicitur.
Vid. *Nemeſ. Eclog. 2.*

Venerisque imbutus uterque.

Cruf. legendum arbitrabatur:

*Peruium ſui tenorem ſeminali
tramite*

Induit.

v. 68. in Latinos] Ita pro *La-
tino Codicis* legendum eſſe, iam
vidit *Pith.*

v. 69. Laurentem puellam]
Laviniam, Latini regis, qui
Laurenti regnabat, filiam.

nato] *Aeneae*, filio *Veneris.*

v. 70. de facello] ſcil. *Vestae.*
Nam *Italia*, vel *Rhea Silvia*, erat
virgo veſtalis.

v. 71. Romulaeas] Ita reſcripſi,
metro poſſulante, et ſuadente *Li-
pſio*, pro *Cod. Pith. Romuleas*,
quod eſt vſitatus. Ceterum *Scri-
ver.* ex coniectura edidit *Romu-
lumque*, ſcil. dedit *Marti.*

cum Sabinis] *Conf. Liv. l. 1, 9.*

v. 72. Ramnes] i. e. equites;
nam centuria equitum ſic dice-
batur

Romuli, matrem crearet, et nepotem Caesarem.

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

75 Rura foecundat voluptas; rura Venerem sentiunt.

Ipsa Amor, puer Dionae, rure natus dicitur;

Hunc ager, cum parturiret ipsa, suscepit sinu:

Ipsa florum delicatis educauit osculis.

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet;

80 Ecce, iam super genistas explicant tauri latus,

Quisque tutus, quo tenetur, coniugali foedere.

Sub-

batur a *Romulo Liv. 1, 13. Scri-*
verius, qui testatur, in *Mf.* ex-
tare *Samnes*, mauult: *Vnde san-*
guis et Quirites, i. e. genus *Qui-*
ritium.

et *Quirites*] et omnes reliqui
Ciues Romani.

proque prole posterum *Romu-*
li] Haec lect. *Cod.* sic videtur ex-
plicanda: ad seruandam seram
Romuli posteritatem.

v. 73. matrem crearet] scil.
Iuliam, matrem stirpis *Caesa-*
rede, a qua noua *Caesarum* pro-
genies descendit; genti *Augustae*
putant adulari poetam, atque hinc
colligunt, hoc carmen tempore
Augusti esse compositum. Sed
hoc non sequitur. Nam poeta,
cum vellet demonstrare, quam
bene merita esset *Venus* de po-
pulo *Romano*, non temere com-
memorauit post *Aeneam* et *Romu-*
tum gentem *Iuliam*, ex qua con-
ditor noui imperii ortus erat.
Lipsius malebat: *patrem crearet*
et nepotem Caesarem. Scriuerius
emendabat:

perque prolem posteram
Romuli, mater creauit,
quod *Hadr.* etiam edidit.

v. 76. rure] pro *ruri*, vid. *Au-*
son. Popmam, l. 1. de vsu antiq.
locut. c. 9.

v. 77. parturiret] *Lips.* ma-
vult: *cum parturisset ipsa.*

v. 78. Ipsa] scil. *Venus*; sed *Lips.*
mauult *ipse*, scil. ager.

v. 80. explicant tauri] Ita re-
scripsi cum *Hadr.* suadente *Sal-*
masio: qui in *Cod.* repererat *tao-*
ni, ortum forte ex vetere scri-
ptura *taori* pro *tauri*; atque haec
lect. videtur huic loco aptissima;
nam animal describitur, quod,
latere longius porrecto, premat
genistam, fruticem. Iam valde
probabile est, hic mentionem fieri
boum, quia *ouium greges* paul-
lo post commemorantur. *Scriue-*
rio in mentem venerant *vaccae*,
ex *Calpurn. Ecl. 1.*

vaccae

Molle sub hirsuta latus explicu-
ere genista.

Temere vero *Lips.* coniciebat
pro *aoni*, quod in *Cod. Pith.* re-
periebat, *agni* esse legendum.
Multo minus conuenit *aëdon*,
quod *Pithoeus* malebat.

v. 81. Quisque tutus] Ita cum
Hadr. rescripsi ex *Cod. Salmasii*;
neque aliud quid in *Cod. Pith.*
tuus latet. Male ergo substitu-
tum est, ex coniectura *Pithoei*, in
Ed. Heien. et *al. coetus*. Descri-
bitur felicitas, qua fruuntur omnia
animantia sub *Veneris* praesidio.

Scri-

Subter umbras cum maritis ecce balantum gregem!

Et canoras non tacere Diua iussit alites;

Iam loquaces ore rauco stagna cycni perfrestrepunt:

Affonat Terei puella subter umbram populi, 85

Vt putes, motus amoris ore dici musico;

Et neges, queri sororem de marito barbaro.

Illa cantat; nos tacemus: Quando ver venit meum?

Quando fiam, vti chelidon, vt tacere desinam?

Perdidi Musam tacendo, nec me Phoebus respicit:

Sic

Scripturarius tamen malebat: *Quisquo et odas. Pithoeus*, versibus transpositis, ita legendum arbitratur:

Quisque coetus continetur coniugali foedere.

Ecce iam super genistas explicant tauri latus,

Subter umbram cum maritis ecce balantum gregem.

quo tenetur] In *Ed. Hel.* legitur continetur.

v. 83. Diua] *Ed. Hel.* habet *Dione*, metro refragante.

v. 84. Iam loquaces] Haec ex *Virg. Aen.* II, 458. repetita sunt:

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.

v. 85. Terei puella] Haec lect. *Cod. Salmaf.* recte recepta est ab *Hadr.* consentiente *Scripturario*: dicitur *puella Terei*, i. e. virgo, a *Tereo* amata, *Philomela*, (in *lusciniam* mutata, vid. *Ouid. Met.* I, 6, 667.) *affonare*, vel accinere, *cantui* reliquarum animum. Sed in *Cod. Pith.* legebatur *Affonant aerei puellae*: vnde *Pith.* efficiebat *Terei pullae*, quod editum est in *Ed. Helenop.* temere, vt videtur; nam *hirundini* vix potest

tribui *os musicum*, quod *luscinae* bene conuenit.

v. 87. sororem] *Procnen*, quae, in *hirundinem* mutata, queritur de crudelitate mariti, quod sorori *Philomelae* vitatae praeciderat linguam. Sed illa iam ita cantatur, quasi non queratur, sed laetetur, tamquam *praenuncia veris*, quae dicitur *Ouid. l. 2. Fast.* 853.

v. 88. ver - meum] i. e. tempus, quo canam aequae laeta carmina.

v. 89. fiam, vti] Hoc facillima mutatione ex *Cod. Salmaf.* lect. *Quando fiam, vt chelidon*, restitui; postulante contextu et metro. *Salmaf.* versui consulendum putabat hoc modo: *Quando ego fiam, vt chelidon.* In *Ed. Henr. Petr. et Hadr.* *Quando faciam, vt chelidon*, ex *Cod. Lips.* est receptum. Sed hanc lectionem mendosam esse, arguit metrum: hinc *Weixius* malebat: *Quando fiet muta chelidon*; verum nec in tertia regione locum habet dactylus. In *Ed. Hel.* legitur: *Quando facit muta chelidon*, quod est multo vitiosius.

Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium;

Cras amet, qui nunquam amavit, quique amavit,

cras amet.

v. 91. silentium] Scilicet in hac vrbe *Italiae*, inter *Gaietam* et *Tarracinam* a *Laconibus*, *Cusfloris* et *Pollucis* comitibus, condita, cum hostium aduentus crebro falso esset nunciatus, legibus cautum est, ne quis porro talem rumorem spargeret. Hoc

silentio omnibus ciuibus imposito, tandem vrbs improuiso capta est. Hinc natum prouerbium: *Amyclas perdidit silentium*. Indicat ergo poëta, vtî silentium perdidit *Amyclas*, ita se diuturno silentio fere, canendi facultate priuatum esse.



EPISTOLAE
DE
PRIAPISMO CLEOPATRAE
EIVSQUE REMEDIIS.

EPISTOLA I.
HERACLII IMPERATORIS
AD
SOPHOCLEM PHILOSOPHVM.

Pro expositione libri, inuenti ad caput Cleopatrae Reginae in suo sepulcro.

Heraclius Imperator, Parthicus, Persicus, et Babylonicus, Triumphator semper Augustus, Sophocli, viro sapienti et amico suo. Remeanti mihi a Persico bello, quod et magna virtute susceptum, et insigni victoria per Christi gratiam sumtum est, visum est, vt Alexandriam contenderem, quaedam ibi, quae agenda erant, de vtilitate Reipublicae disponere. Vbi, dum per aliquot dies permanerem, placuit, vt quaedam sepul-

EIVSQUE REMEDIIS] Hae epistolae editae sunt ex Codice membranaceo satis vetusto, in Bibliotheca Melchioris Haiminsfeldii Goldasti seruato. Verum eas non esse genuinas, genus dicendi non satis latinum, quod sapit aetatem recentiore, suspicari nos iubet; idem colligit Goldastus ex Epistolae VI. Sorani ad Cleopatram, eo loco, in quo commentarii Theodotae, i. e. vt ipse opinatur, Theodori Priscaeni gynaecea ad Saluinam, et aliorum, de vitiis et curatione mulierum libri commemorantur. Non autem mirum est, aliquem eiusmodi literas finxisse, cum satis nota fuerit Cleopatrae libido insatiabilis. Franciscus Philadelphus,

I. 6. Epist. ad Philippum Medium, Codicis cuiusdam meminit, qui easdem epistolas continuisse videtur; dicit enim: *se apud hunc virum doctum vidisse Codicem, qui Medicorum plurimum scripta complecteretur, vt Corn. Celsi, vtriusque Sorani, Apuleii et Democriti, quarundam etiam mulierum.*

I. Ad Sophoclem] Ita recte editum videtur pro *Msi* Sophoculum.

Sophocli] *Mf. Saphocli.*
contenderem] In *Mf.* legebatur: *concederem.* Quid? si scriptum fuerit *concederem*, aut quod equidem fere malim, *conscenderem*, quod vti *adscendere*, ad Impera-

pulchra veterum Regum aperirentur, in quibus, ut fama erat, multae gazae inclusae latuerant, ut male ibi ingesta pecunia, si fortassis inueniretur, multorum utilitatibus deseruiret. Itemque apertum est Cleopatrae sepulchrum, illius famosissimae Reginae, quae cum Antonio imperium totius paene Orientis tenuerat: ubi et corpus eius, iuxta Antonium collocatum, aromatibus conditum, illaesum usque ad nostra tempora, per centum viginti quinque Olympiades, permanferat. Ad cuius Reginae caput inuentus liber est, per ignotos characteres, in aeneis tabulis inscriptus, nobisque delatus: de quo dubium non erat, quin in eo aliquid magnae utilitatis contineretur, quod tanta diligentia ad caput tantae Reginae reconditus iaceret, coepimus quaerere anxie diligenter, si forte esset aliquis, qui eius libri nobis scientiam aperiret et scriptum. Quod cum iam ignorantia multorum, qui sapientes esse videbantur, desperatione capti, impossibile putaremus, tandem ad te recurrere decreuimus, quem in omni genere disciplinae sapientem fore, non dubitamus. Quamobrem eundem librum tibi dirigimus, ut nobis scripturam et intelligentiam eius exponas. Vale.

EPISTOLA II.

SOPHOCLIS SOPHISTAE

AD

HERACLIVM IMPERATOREM.

De expositione et intelligentia praefati libri, scripti in tabulis aeneis.

Heraclio Imperatori Diuo, Magnifico Viro ac Triumphatori semper Augusto, Sophocles Sophista.
Lite-

peratore, vel interpolatore, orationi in versionibus S. S. usurpatae adsueto, potuit poni pro proficisci; idem certe infra usurpat pleonasmum, ex eodem fortasse

fonte haustum: *de quo non dubium erat, quin in eo.*

[anxie diligenter] Alterutrum sapit glossam, nisi copulam interponere malis.

Literas excellentiae tuae, continentes petitionem tuam, legi, atque in perquirendo scripturas et intelligentiam libri, quem misisti, plures dies consumsi. Tandem ut per quaedam secreta artis nostrae, reuelata mihi eiusdem libri characterum ignotorum profunditas et intelligentiae veritas, in primis quidem felicissimum te hominem esse censeo; cuius temporibus reuelatum est arcanum, multis ante saeculis absconditum, omnique tuo auro pretiosius. Cum enim omnia, quae ab usu humano sunt, propter hominem tantummodo sint pretiosa, quanto plus pretiosius illud est, per quod humana natura constringitur, et quod in ea deprauatum est, ad statum proprium reformatur? Quantos equidem fuisse existimas Reges, saeculique potentes, quibus Fortuna dederat hereditatem, sed vacua natura negauerat heredem, qui inaeestimabili pretio illud comparassent, si se adipisci posse, quod te adeptum esse, constat, villo modo credidissent? Habes ergo thesaurum, casu quidem tibi oblatum, sed nostra diligentia repertum: quem summopere tibi custodiendum esse, ipsa sui magnitudo commendat. Expositionem sane scripturae in eiusdem libri intelligentiae quoque subtilitatem, nostris characteribus consignatam, magnificentiae tuae transmisi. Quod, moneo, diligenter recondi facias, nec vinquam procedat in publicum: cuius tamen summae utilitatis tu ipse poteris habere usum. Vale.

EPISTO-

II. ab usu humano] *Mf. ad usum humanum*: quod cur ex textu sit remotum, non video.

plus pretiosius illud est, per] *Mf. pietas pr. illudque per.*

cuius] *Mf. qua.*

tu ipse] *Mf. sicuti nunc*, quod tamen eadem manu correctum erat.

EPISTOLA III.

C. ANTONII COS.

AD

Q. SORANVM.

De incontinentia libidinis Cleopatrae Reginae.

Antonius ter consul salutem dicit Q. Sorano. Veteris amicitiae memor, simul et sapientiae tuae virtute fideique constantia delectatus, quoddam meum privatum infortunium iam tibi declarare fatago, spem mihi de tua egregia fide promittens, et quod commissum celatum habebis, et ad subleuandum adiutor, et ad disponendum, si poteris, deuotus existes. Amore Cleopatrae comprehensus, atque formae ipsius supra modum pulchritudine delectatus, ultra quam oporteret virilem animum, eius blanditiis delinitus, tamen ei de maritali freno relaxaui, quod, me contempto legumque timore, adulterio se commaculauerit, nec hoc mediocriter, sed animo postposita muliebri verecundia, ad tantam impatientiam flagitii prorupit, quod sub vna nocte, sumto cucullo, in lupanari prostibulo centum et sex virorum concubitus pertulit. In tantum enim, vt professa est, in tentigine rigidae vuluae erat accensa, quod a lupanari quidem, sed non satiata recessit; et licet occultissime actum esset, me tamen non latuit, tandemque huius nefariae offensae ab ea sub interminatione vitae sciscitatus, impatientiam gemini caloris et feruorem inueni. Quod per quosdam Philosophicae artis peritos verum esse, deprehendens, qui dicunt, quarundam mulierum tam feruentem esse naturam, vt, si sine veretro pene assiduo et continuo virili amplexu infra tertium decimum expertes fuerint, nec viuere quidem possint: et attendens etiam, ne, si palam fieret

III. Q. SORANVM] *Mf. Quintianum.*

Q. Sorano] *Mf. Quintiano. expertes] Mf. expertae.*

ret eius delictum, ad perpetuae mihi infamiae iniuriam redundaret: fateor quidem, dissimulaui rem, simul etiam miseratus formae eius venustatem, floremque iuventutis, et naturae conditionem, ingeniique eius modestiam, quo multis mulieribus superior esset, nisi hoc solo vitio laboraret, interminatus quidem mortem, nisi de cetero careret. Hoc quidem timore territa, continere se coepit. Vnde in grauem infirmitatem decidit, atque aduocatis et desperantibus Medicis vitam eius, nisi repentino concubitu satisfaceret naturae, tandem cessit, atque mortis metum voti festinatione solvit. Moxque referentibus nobis non verita est vitium naturae suae profiteri, sibi restitisse pene vsque ad mortem, sub attestatione Medicorum fidelium protegebatur. Hac igitur miseranda sorte commoti, in magnum mortis dolorem incidimus, quid facto opus esset, omnibus modis ambigentes. Demum nobis nihil melius existimauius, quam in hac re spem consilii in te ponere, quem ingenio praestare, omnique sapientia, multis documentis probatum est. Nam et talem eam habere, vt nunc est, quasi mortuam, nihil est: item ea carere difficillimum, ex toto tenore voluntatis meae manifeste facillimum est mihi talem pati, quam talem perdere; tamen ne talem habeam, tuo opere, tuo auxilio promereri incessanter exoptulo. Age igitur, totum, ad quae volueris, habiturus: et si quis medendi illius infirmitatis locus in tua scientia est, omni virtute exerce. Redde eam mihi, et ex hoc me totum adquire tibi. Vale.

EPISTO.

sub] ante hoc vocabulum nihil, praeter copulam, excidisse videtur.

EPISTOLA IV.

Q. SORANI

AD

ANTONIVM COS.

*De modo medendi ardorem libidinis Cleopatrae
Reginae.*

Antonio Consuli Q. Soranus. Prudenter semper et fideliter amicis seruatum est, vt amicorum causam suam deputent, et eorum infortuniis aequae, ac si ipsi patiantur, condoleant, et vbi adiuuandi eos remedia desunt, beneuolentiae munere consolationis fomenta adhibeant. Excellentia magnitudinis tuae fatis compertum habet, humanam felicitatem multis animi incommodis laborare, et hoc vel esse fallacis Fortunae proprium, vt, quibus aliquando blanditur laeta fronte, hos aliquando rugosa fronte deterreat. Inde est, quod te dominum gentium et Romanae Reipublicae, quae omnium diuitiarum copia abundare facit, vitio saltem domestico et priuato incommodo perstringi faciat, vt, quam vertibilis sit, euidenter ostendat. Sed quoniam aduersa fortuna superior est amicitiae beneuolentia, quae et secundas res splendidiores, et aduersas patiens leuiores facit, moestitiae tuae, vt vere amicus, admodum compassus, diu quaesui, quo modo hanc, quam pateris, anxietatem vel minuendo leuigarem, vel omnino auferrem. Perlectis igitur pluribus libris, ac perscrutatis naturae secretis, tam in genere animalium, quam lapidum, arborum et herbarum, quamquam multa remedia ad refrigerandum libidinis ardorem inuenirim, summam tamen euincendae libidinis non attinui, donec per quendam aedituum in templo Veneris edoctus

Atus, in Chio insula inueni librum, continentem modum et vim huius veri vnguenti, quod tibi mitto, aliarumque rerum, quae ad vsum foemineum deputantur, quod ita validissimum est, sicut et nostra narratione, et tua probitate cognoscere poteris. Vis sane huius vnguenti talis est, per quod vnaquaeque mulier ad amorem illius viri, qui cum ea concubuerit, ita attrahitur, vt omnium amoris obliuiscatur; quo in primis ita vti debetis. Obseruate per nouem dies a Venerio opere, ita vt nullus fluxus feminis de te exeat: et vtere cibis calidis, ouis quoque et caseo, et vino forti, et pipere. Quod si tu vel senex, vel frigidae naturae esses, medicinalia tibi possem adhibere fomenta, quibus quia opus non habes, communes cibos fumere valebis. Deinde hoc tibi maxime est obseruandum, vt, cum post nouem dies ad fruendum concubitum accedes, virile membrum non minus in extensione sua, quam decem vncias, habeas. Quod si non habes per naturam, debes habere per medicinas.

Tolle siquidem lac caprifici, et radicem herbae, quae dicitur tellina, et tere diligenter, et illines veretrum, et confricabis manibus, et sic ad praedictam magnitudinem confurget. Posthaec statim, vt concubitum perficere volueris, totum veretrum praefato vnguento inunges, et sic mitte infra vuluam mulieris, quando expeditius poteris. Mox enim iacto femine, et liquefacto vnguento, tanto amore, tantaque dulcedine attrahit infra se matrix, quod illico concipit mulier. Nam in tanto amore ex eo mulier adducitur, quod neque cum deuirginatur, ille

quo] *Mf. quod.*

lac caprifici] In marg. *Mf.*
haec adiecta sunt:

*Id est, lac fici siluestris, cuius
fructus non maturat.*

tellina] *Mf. in marg. Telina dicitur laureola minor, et est citrina, et Arabice dicitur Allauena Azagera, id est, laureola minor, Allauena Alkuira, id est, laureola maior.*

ille amor huic potest aequari. Non tibi verendum erit, eam alii viro velle commisceri, nisi qui similiter ei possit facere.

Temperatio vero huius vnguenti tribus modis fit, et hoc tanto frequentius, quanto maiori libidine concitatur. Nam saepe in ipso opere Venereo, dum veretrum infra cunnum agitatur, feruente ipso motu libidinis, ante iactum seminis virilis, frequenter semina mittunt. Altero, concepto semine, prae nimio amore extra semetipsam fere per tres continuas horas ita in amore liquefacta, sicut in ipso puncto, cum curculio in vuluam semen infundit. Tertio, cum illo ultra decimum concubitum delectatur. Hoc medicamine naturali ad concubitum dilectae Cleopatrae vtere, quam deinceps ita securus possidebis, vt nullius alterius concubitu fruatur. Vale.

EPISTOLA V.

CLEOPATRAE REGINAE

AD

Q. SORANVM.

Cleopatra Regina Q. Sorano. Quantas gratiarum actiones magnitudini bonitatis debitorum sum, testis est conscientia mea, quae manifeste sentit, a quanto periculo, quantaque infamia tua sapientia liberata sum. Testis etenim est Antonius, quem, te nunc operante, vnicum diligo. Sublata namque foeminea vercundia, aperiam tibi fragilitatem meam, et quasi nudam me tibi totam exponam; cum sciam, me etiam tacente, foemineam fragilitatem te ex toto agnoscere, et feruidae naturae meae causam tuo salubri remedio

tem-

Altero] sc. modo. *Mf.* in marg. V. Q. Sorano] *Mf.* Quintio
 curculio] *Mf.* in marg. gurgu- Sorano.
 ho, id est, veretrum.

temperare. Ab annis namque pubertatis, ex quo in viriles amplexus deueni, et quaerereim Veneris gaudia, perfenſi geminum calorem. Poſtea mulier ita alienata ſum, vt omnium laborum atque rerum obliuiſcerer. * * * Val.

EPISTOLA VI.

Q. S O R A N I

AD

CLEOPATRAM REGINAM.

De medendo ardore libidinis.

Grandis quidem, o Regina, res eſt in multis temporibus abſconſa, quam tibi demonſtrari poſtulas. Sed quia Excellentiae tuae nihil denegare fas eſt, quem ſummo honore conſulendum eſſe decreuiſti, aperiam tibi conſequenter omnia, quae praepoſuiſti, et de vnguento quidem, et de quibusdam aliis, a te non propoſitis, quae ad vſus foemineos priuatos congruunt per ſeriem temporum, et a quibus auctoribus inuentum, et a quibus etiam Reginae, quo modo, et quo ordine probata ſint, ſub hac conditione exponam, vt nunquam in publicum prodeant praecauetas, hocque tam tibi, quam poſteritati tuae. De natura autem mulierum, et vitiis, et curationibus earum, pauca tibi breuiter perſtringam. Nam dabo tibi commentarios Theodoti et aliorum, et de vitiis, et de curatione mulierum, in quibus poteris addiſcere et diuerſa vitia, et curationes earum. Perlecta ſane epiſtola, quam mihi pro te direxit Antonius, ex eo diligenter coepi quaerere, ſi quid poſſem pro eo aeſtu libidinis, quo tu laborabas, probatum inuenire remedium. Cumque, perlectis pluribus, libris et rimatis, naturae ſecretis, tam in genere ani-

ma-

ſum - obliuiſcerer] *Mf. eſt, quae om. lab. atque rer. obliuiſcitur.*

VI. Theodoti] *Mf. Theodotae.*

malium, quam lapidum, arborum, et herbarum, nec mihi ex toto accurreret, vt volebam, tandem per quendam aedituum Veneris edoctus sum, in templo eius, quod in Chio insula situm est, multos antiquissimos libros Apollinis contineri, in quibus mox suspicatus sum, fortassis me aliquid posse inuenire, quod ad id, quod quaerebam, proficuum esset. Animabat enim me ad id quaerendum, quod et ipse medicae artis esset repertor, et sollertissimus naturae scrutator. Moxque iter arripiens, ad Chion insulam deueni, et introgressus adytum templi, omnes libros Apollinis, et Aesculapii filii eius, et aliorum, quorum multa copia erat, perlegi, atque, quod quaerebam, inueni, tibi que ex memoria, quod in ipsis continebatur, edicam. Et primum quidem, quod propter hominem medicina inuenta est, et tractatur ibi de formatione viri, et mulieris. Deinde de omnibus vitiis, quibus humana natura corrumpitur, eorumque remediis. Et quoniam eam partem tibi declarare suscepimus, secundum id, quod supra proposuimus, quae proprie pertinet ad naturam mulieris, omiſſis ceteris, hoc tibi patefacere, operam damus, quod proprie pertinet ad naturam mulierum. Inter viri namque et mulieris naturam sexus, et quae ad sexum pertinent, diuersitatem faciunt, ac per hoc et diuersa vitia fiunt, et diuersae curationes. Inde ab ea parte, vnde discrepat, exordium est. Et in primis quidem est matrix, quae et semen recipit, et conceptum fouet, de quo diuersae et validae infirmitates in corpore mulieris oriuntur. Quae quidem principaliter tribus modis vocatur: primum sane matrix, ab eo, quod mulieres partu suo matres efficiuntur. Tunc autem stare tunc appellatur, hoc

medicae] *Mf. Medicinae.*

Tunc - appellatur] Haec et se-

quentia videntur corrupta, et nonnulla deesse.

hoc est, nouissima in intestinis iaceat, aut quod vsque ad annos XIV vnciae sint apud virgines. Post mutationem vero aetatis effectus suos per partum mulieribus repraesentat. Dicit Aristoteles, quod fratres efficiat, qui ex vna nascatur. Constat ex duabus tunicis. Vna exterior, quae leuior est alba: altera est durior, et nervosa, et pulposa. Quibus rebus in se continet omnia, cui etiam inhaerent tunicae tenues, vt ex membranis et neruis. Formata enim est, sicut cucurbita medicinalis. Positio vero est eius, quae ab inferiori parte vuluae inter duas protendens vsque ad manum, habens super se vesicam. Cuius partes duae sunt: vna orificium dicitur, quod est ante partum pulposum et molle, post vero callosum et spanosum: Secunda vero est collum: Tertia vero est ceruix horum, vbi concursus caussa dicitur. Vbi vero post angustias dilatari incipit, humerichir, post hos littera; vbi vero rotunditas concluditur, fundus vocatur: inferius vero basis dicitur. Omnis namque vnitas illa, quae in medio ventris est, sinus appellatur. Medius autem sinus mulieris ex membranis nervosis constat, et maioris intestini simul. Intus autem spatiosissimus, fons vero angustus, in quo coitus virorum et vsus Veneris efficitur, quem vulgus Cunnum vocat. Cuius fons vel labra Graece eptyrogomata, vel pimiacula dicuntur. Intus vero, quod a superiore parte descendit in medio, dicta est Landica, motum saepe titillationis habens ex libidine. Ipsa vero a diminiculis retro est, et in omnibus quidem mulieribus aequaliter, sed per differentiam aetatis, vel naturae. Verumtamen quinque vel sex digiti forma eius est, quando conclusum est, et necdum apertum in corruptione veretri, sicut afforis est nouissima pars auri-

Aristoteles] *Mf. Aristo adalis.*

orificium] *Mf. porificum.*

Priap.

F

auriculæ. Prope ceruicem vero matricis in vtramque partem sunt testiculi positi, et sunt rotundi, et aliquantulum latiores et graciliores, quam hominum, et spuunt semen per meatus, per quos mulieres semen excludunt: sicque distenti iuxta matricis latera ad vesicæ collum iunguntur. In longitudine vero habet matrix i. ℞. uncias, angulos tres, foramina quinque: et horum alia sunt, per quae intrat semen ad concipiendum, alia, vnde purgatio fit menstrui, et alia, per quae, ad iactum seminis viri, testiculi mulieris semen suum contra emittunt. Quoniam, sicut ex ipsa immissione comprehensum est, nouem uncias superat amor mulieris amorem viri, ideo omnes mulieres impatientes essent libidinis, nisi quaedam valitudines essent, quas loco suo dicemus interuenire. Quae quidem in quibusdam mulieribus plus, in quibusdam minus abundant, secundum feruorem corporis, vel temperantiam. Ad libidinem commouent et profunt etiam extrinsecus medicinalia remedia, quibus, vt ipsa es experta, natura euincatur, et quidem illo vnguento, per quod natura tua temperata est: et hoc tanto frequentius, quanto maiori libidine concitantur, vel in ipso tempore Venereo, dum veretrum infra cunnum agitur, feruente ipso motu libidinis, ante iactum virilis seminis, frequenter femina emittunt.

Puluis, quo masculus vtatur, Ermodactyli. ℥ i. Satyrion et Satureia ana ℥ et semis, pauacæ radix, piperis ana ℥ i. cum vino fac trochiscos ℥ i. Da cum vino puro pro electuario.

Ad

immissione] *Mf. nisi iussione.* naces; v. *Theophrast. Histor. Plant.*
 quidem illo] *Mf. quoniam de* i. ii. c. 12.
 ii. pro electuario] Haec transfuli
 Satyrion et Satureia] forte *Sa-* ad superiora, auctoritate *Ed.*
tyrii et Satureiae. *Hadr.* ipsa verborum structura
 pauacæ] f. *Panacæe*, vel *Pa-* hoc postulante.

Ad idem, pene scilicet III. lib. ana ʒ i. piperis IX. pulegii, nepetae, fatureiae ana ʒ III. pyrethri ʒ i. piri, vel quod sufficit.

Vnguentum ad idem. Camomillae lib. V. rutae lib. et semis, artemisiae ʒ III. abrotoni ʒ III. raphani ʒ et semis. Bulliat in oleo, postquam ibi putrefactae sunt per tres dies, et faciat cum cera vnguentum, et vngat masculum a genu vsque ad vmbilicum, quando debet concumbere.

Diaeta, qua vtatur femina. Pane leui facto de spelta, et portulacis, lactucis et quinquefoliis, cum aceto et pauco sale et vino brusco, et omnibus carnis et frigidis rebus. Masculus vero calidis omnibus, sed non calidissimis. Item femina vtatur cucurbita, melonibus: vir porris, cepis, raphanis, macedonis, et aliis calidis herbis, et sero non saturetur, sed sobrius sit. Haec vero medicamenta, viris et mulieribus congruentia, in Hippocratis et Aesculapii codicibus inueni in templo Apollinis, Reginis et Regibus ab eis suadentibus composita, quorum nomina, vt promissimus, alias latius in loco suo dicemus.


pene] f. *pincae*, scil. nucis. nepetae, fatureiae] In *Ed. Hadr.* male editum est, *nepite, fatureia*.

pyrethri] *Ed. Hadr.* male *pirreti*.

piri] f. *vini*. vel quod sufficit] forte scriptum fuit: *mell. qu. sufficit*, vt legi deberet: *mellis, quantum*, vel *quoad sufficit*. Id etiam electuarii compositio, quae sine *melle* num-

quam fit, flagitare videtur. In formula medica superiore aliquid describeretur, quod posset esse pro electuario. Hic ad ipsum electuarium componendum materiae proponuntur.

Bulliat - dies, et faciat] In *Ed. Hadr.* interpungitur post *oleo*. *Postquam ibi*, scil. *in oleo*, *putrefactae sunt per tres dies, faciat*; scil. ante *faciat* negligitur et; quae lectio mihi aridet.



PRIAPEIUM LXXXIII

A

IOSEPHO SCALIGERO

Totidem Iambis puris graece redditum.

- Ε**α τί χρέμα; τί χρέος θεόσσυτον;
 Ἐμοὶ μὲν ἄρτι πρῶτα παιδικῶν κόρος
 Ἄωρι νυκτὸς ἀγκᾶς ἀμφεθάλλπετο.
 Φάλητος ἦν μὲν ἔργον ἔδεν. ἔδ' ἄμα
 5 Ἄκις ἀντάειρε σύντονον κάρα.
 Ἄληθες ὦ πρήφ' ὅς ἐν δρυὸς σκιά
 Ἐρυθρὸς ἐξέρυθρον εὐτρεπῆς πέος
 Κάθη, πυκασὸς ἀμπελοσεφὲς κάρα;
 Τρίφαλλε, σοὶ δὲ πῆ μὲν ἀνδέρῳ φόβη
 10 Ἐθῆσα δυσκτένισα βοσρύχων πλέκη.
 Τὸδ' αὖ σαβῶν ἔκυρον, εἴτε σοὶ πάλαι
 Τρόχισ κολοίος, εἴτε πέμπελος κόραξ
 Κάρα κόλαπτε χεῖλεσ' ἀγκυλοσόμοις.
 Ἄπερθε, καὶ γὰρ ἔδεν εὖ πεπόνθαμεν.
 15 Ἄπερθε, ἄπερθε μοι τὰ τῆ πέες προδές.
 Χαμαιρέμφης δὲ, δυσπινῆς τε κείσεαι.
 Κύων δ' ὀπιθίβρος, ἠὲ βορβόρε
 Ἐθαῖς καθυβριεῖ σε σὺς ὄρεινόμος.
 Ἄπις ἄπισε φάλλ' ἔμὸς μέγας φθόρος.
 20 Κακῶ, σάφ' ἴδι, τίσεαι ῥόμῳ δίκην.
 Κλάοις ἄν. εἰ δὲ σοὶ φίλος κόρος ποτὲ
 Χάρις γένοιτ' ἄν, ὅς λυγισμὸν εὖ μάλα
 Στροφοῖτο λυσίπυγον ἐμμελέστατα.
 Σε δ' ἔτε χερσὶν εἰ φιλοσόβος κόρη

Τεθάλλ-

redditum] Scaliger monet, hanc ore Editione, correcta ex scheda
 versionem expressam esse ex pri- Pithoei.

Τεθάλλψετ' εἰ δὲ χρωῶτα συμπλακῆσεται. 25
 Χαμαιτύπη δὲ ναδός, ἢ παλαιγενὴς
 Πάρες' ἐφ' ἧς γε θυδερὲς διασφαγὸς
 Παλιτρόφοις ἐλικτὰ ρυτίδων χιδαῖς
 Ἄραχνίων πέφλιδε τριπτυχῶν ῥάκη.
 Ἴδὲ πάρεσθ' ἴν' ὡς σε τετρακίς μάλα 30
 Ἄβυσσον αὖ βέρεθρον ἐγκάπη κάρα.
 Καρηβαρὺς γένοι' ἄν, ἔκτονος τ' ὄφιο.
 Ἄτάρ παλιωτριβῆς γε φεῦ τάλαν, τάλαν
 Ἐπιεφὲς τέταρτα πληθυνεῖς κύτος.
 Ὑπέρφρονος δ' ἄν ἐκ ὄναιο λήματος 35
 Τότ' ἐν, ἐς ἵλυν, ἢ ἀχανὲς βύθος πεσῶν.
 Τί δ'; εἰ φρένας σ' ἐφίκε τῆς ἀθυμίας;
 Τονῦν ἀθῶά με καταπρόϊξο.
 Ὅταν δὲ κείνος ὦδε παῖς ἀφίξεται,
 Ψόφος δὲ σ' ὡτ' ἀπαρτίε ποδὸς βαλεῖ, 40
 Στύοιτ' ἄν ὄρεθ' ὄρεμνος ὄρχεων τόνος,
 Τά, τ' ἄρθερα τυμπανισμος ἐμμενεῖς σπῶρε
 Λάβοι ἄν ασφάδατος. ὥσε μὴ καμῆν,
 Πηνή σε τέρμα λοιδίω δάμη κόπω.

P R I A P E I V M L X X X V I I .

A B E O D E M

Totidem Iambis puris Graece redditum.

Ἐγὼ τέχνημα φαυλοτέκτονος χερσός,
 Ἐγὼ δὲ φιτρὸς ἀζαλῆς, ὀδοιπόρε,
 Ἴδὲ τὸ γήδιον τόδ' ἐξ ἀρισερᾶς,
 Ἐπαυλιν ἀνδρὸς, ὄρχατον τ' ἐπισκοπῶ.

Πένη-

v. 40. ἀπαρτίε] Etſi quoque in Ed. Hadr. hoc vocabulum reperio, ſuſpicor tamen, Scaligerum ſcripſiſſe ἀπαρτιᾶ, pedis ad iter parati; quia in carmine latino haec verba leguntur:

Simul ſonante ſenſeris iter pede;

neque ἀπάρτιος eſt vocabulum, Graecis viſitatum.

- 5 Πένητος, ἐκ δὲ Φωρὸς ἀρπαγαῖς τρέπω
 Ἐμοὶ μὲν ἦρ' ἀρηρην ἀνθεμος πλόκος,
 Ἐμοὶ δὲ πυρσόφλοιος ἄσαχυσ φέρει,
 Ὀπωρινῶ τε λαρὸς ἀμπέλε βότρυς,
 Κακῶ τε χείματ' ὤμον ὄμφακος σέφος.
- 10 Χίμαιρ' ἐμοῖσιν ἴζαλος νομεύμασι
 Πόλιν δ' ἀμολγὰς ἔδρατ' εὐγλαγῆ φέρει.
 Ἐμῶν ἀπ' ἀμνὸς εὐθαλῆς ἐπαύλεων
 Δόμονδε βριθυκέρματον χεῖρ' εἰσάγει.
 Τέρπεινα πόρτις αἰνομήτορος βοῶς
- 15 Χέει πρόναος αἵματοςφαγὲς λίβος
 Θεοῖσι. Τόνδε τὸν θεὸν σέβε ζέγε,
 Χέρας δὲ χωρὶς ἴχε. σοὶ τὸδ' ἀσφαλές.
 Ἐτοιμος ἀσκέπαργον αἰκία πέος.
 Λέγοις, θέλοιμ' αἶν. ἀλλ' ἰδὲ προσέρχεται
- 20 Ἀγροῖκος ἔτος. ὦγ' ἀποσπαδὲς τόδε
 Πέος τυλωτὸν ὄπλον ἐμπρέπει χερί.

LXXXVII, 14. αἰνομήτορος] Equidem quouis pignore contenderem, Scaligerum scripsisse αἰνομήτορος, quia analogia voc. αἰνοπατήρ et aliorum, ad quorum formam hoc est effictum, hanc

scripturam requirit, nisi vidissem, virum doctum in utroque carmine ingenio suo, in formandis vocabulis plane inauditis, nimium indulgere.



I N D E X.

Numerus, cui nulla litera est praemissa, *Priapeium*;
Praef. carmen, huic collectioni praefationis loco prae-
positum; Ἄν. Ἀνεχόμενον *Apuleii*; P. V. *Peruigili-*
um Veneris indicat.

A.

- A** bire in semen, *quasi lique-*
scere seminis abundantia,
77, 16.
Abstinere malas rapinas. 87, 19.
Vid. Ind. Petron.
Acer; acres cepae. 51, 22.
Accipere in bonam partem. 1, 10.
Acontius. 15, 5. n.
Ad, *pro usque ad.* 5, 6. ad citha-
ram canere, *modulos citharae*
voce exprimere. 69, 8.
Addere in ignem, *dare, iacere.*
71, 3.
Adducere; adducta (*ad se redu-*
cta) manu tympana pulsa. 26,
4.
Adire, *scil. sacellum.* 13, 4.
Admittere ad aucupem volucres.
77, 9.
Admouere figuras. 63, 17. n.
Adorare, *admouere ori.* Ἄν. 8, n.
Adstare, *stare.* 61, 3.
Adulta vbera lacte, *turgida.* 86,
11.
Aeacides, *Aeaci nepos, Achil-*
les. 69, 6. n.
Aegre temperare sibi, *difficulter.*
27, 1.
Aequalis (*aetate.*) 11, 3.
Aequae, *pro aequae ac ille.* 32, 13.
n.
Aequor; aequoris rex. 76, 2. n.
Aequoreus deus, *Neptunus.* 8,
4.
Aequus; aequo membrofior, *ni-*
mis membrofus. Praef. 5. n.
Aes, *pecunia.* 86, 13.
- Aesculapius intonsa semper bar-
ba est. 36, 8.
Aestimare, *perpendere.* 70, 3.
Aether primus copulauit nuptias.
P. V. 58.
Afferre manus agello, *scil. furas-*
ces. 14, 2.
Affricare latus oblitum (*luto*)
Priapo. 83, 18.
Agere lucem sub laboribus, *i. e.*
transigere. 63, 7. rimas, *hi-*
scere. 63, 2.
Albicare canis. 77, 2.
Alcides, *Hercules.* 8, 9.
Alcinous. 60, 1. n. Alcinoi filia,
Nausicaa. 69, 16. n.
Ales sacra, *aquila.* 2, 5. ales
deus, *Mercurius.* 8, 10. n.
Aliter, *ob aliam causam.* 30,
2. n.
Allium fibratum. 51, 22.
Altilis, *pinguis.* 32, 4. n.
Altus; altiora tangere, *pro irru-*
mare. 27, 5.
Amare, *fauere.* Ἄν. 4. n.
Ambire, *cingere, includere, con-*
tinere. 51, 23. n.
Amica Romuli' senis, *anus ad-*
modum annosa. 83, 26. ami-
ca fit manus, *officium obsco-*
num praestat. 33, 6. n. ami-
cae escae, *gratae.* 78, 1.
Amor; amore poenae, *cupiditate*
poenae subeundae. 64, 2. Amor,
Cupido. 8, 12. P. V. 22. n.
Amplius, *in posterum.* 71, 9.
Amyclae. P. V. 91. n.

I N D E X.

- Amygdalum flore purpureo fulgens. 51, 13.
 Anguis; angue lentior. 83, 33. n.
 Annus, *fruges anni* P. V. 59. n.
 Cf. Petron. Ind. Annum gelu.
 83, 28. n.
 Antiquus Alcinous. 60, 2.
 Anus cornix, *i. e. annofa.* 61, 11.
 Apertus, *non tectus.* 13, 8. *nudus*; aperta mentula. 8, 13. *natura.* 38, 2. *aperti colei.* 13, 8. *aperta poena, parata ab aperta mentula.* 51, 27. *non aperta viscera.* 32, 5. n. *Aper te tenere fulmen, non tegerere.* 8, 3.
 Apollo. 39, 2. *Apollinea manus, i. q. Apollinis.* 19, 4.
 Aquosus anser. 61, 11. n.
 Araneosus situs, *obductus, ut araneorum telae.* 83, 30.
 Arcades Fauni. 36, 5. *Arcadam sylvae.* 76, 7.
 Arete. 51, 6. n.
 Aridus; aridior vis passis puella. 32, 1.
 Aristagoras, *villicus.* 42, 1.
 Arma; in armis totus est. P. V. 34. n. *arma pruriginis, instrumenta ad eam excitandam.* 26, 3. *arma ventris, mentula.* 31, 3.
